Dixit filius Mesue. Egritudinū autē q̄ hereditāt post solutionē occasiōe solutiuī:sermōes afferamus. Et primo de febre:q̄ accidit post illud. Eius autē euentus ē:quoniā:aut solutiuū fuit multe caliditatis:⁊ acuitatis:⁊ dereliq̄t malā cōplexionē in corpe. Aut ppter cōculcationē materie:q̄ debebat expelli:sed nō fuit expulsa:q̄re putrescit:⁊ fit causa ad febrē. Aut ppter occursū motuū corporeorū:aut aīaliū.sup eū:q̄ soluit cū fortitudie. Aut ppter occursū frigoris coartātis poros:⁊ phibētis respirationē vaporū. Aut ppter occursū caloris inflāmantis materiā:⁊ hūores illi motos. Aut ppter comestionē festinā sup eam:q̄re aliq̄d de re medicinali cū re cibali peneirat ad venas:⁊ fit causa. Aut multi fluxus. Aut conculcatiōis:⁊ putrefactiōis alicuius materiei. Aut q̄a que debebāt pcedere medicinā digestiōis ⁊ nō pcesserūt:⁊ fit operatio eius in

cruditū: quare fit interdū dissolutio:⁊ nō euacuatio:sed cōculcatio:⁊ putrefactio. Et vniuersaliter quidē omne malū regimē in medicina potest esse causa huius remedij. Auxiliabimur igitur postq̄ sciuerimus causam febris:p testimoniū rerū:que pcesserūt:inducētū eā. Nūc cū eis q̄ opponūtur causis facientibus:⁊ abscindūt eas. Nūc cū eis q̄ febris intētiōes curāt: Et plerūq̄ maior ē necessitas resistere causis facientibus:plerūq̄ curādi febrē:⁊ ppter q̄ malignior est febris. Et tibi supest ista discernere. Verū si fuerit causa febris frigus cōcludēs poros:cura eius ē administrare ea:q̄ aperiāt poros:⁊ faciāt vaporū exclusionē:ex his q̄ diximus. Et sudoris puocatio ad hoc multū est vtilis. Et si fuerit:q̄a obuiauerit ei calor inflāmans. Aut q̄a medicina fuerit multe acuitatis ⁊ inflāmatiōes:cura est cū ex vnguētibus caliditatē:⁊ refrigerātibus acuitatem ex eis:q̄ dicemus. Si autē ē ppter materiā:q̄ debebat expelli:⁊ nō expellit:s; cōculcatur: ⁊ putrefit:cura ē expulsio illius materie cum pcessiōe adeq̄tiōis:⁊ pparatiōis eius ad expulsionē. Si autē fuerit ppter occursū motuū corporeorū.aut aīaliū sup medicinā:cura eius ē cura febris facte ab his sicut scis. Si autē ppter festinā comestiōē fuerit:cura est super eā abstinere. Preterea si febris fuerit multe inflāmatiōis:cura ē cū eis:q̄ inflāmatiōē sedāt:⁊ cū pparatiōe aeris:⁊ administratiōe refrigerātiū ex cibis:⁊ potibus:⁊ vnctiōibus: et emplastratiōibus circa corꝫ ⁊ epar:⁊ administratiōe redolētiū frigidorū.⁊ medicinarū cordialiū frigidarū:⁊ vsu cū balneis hūidis tēperatis:⁊ olibus q̄ febribus calidis opponūtur sicut sapiētes scripserūt. Si autē febris fuerit pigra:cura ipsius versatur q̄ūq̄ circa ipsius causam: vt adeq̄tur:⁊ resoluatur:⁊ abstrahatur:⁊ iterdū circa febrē:vt expellatur.

De dolore capitis qui accidit post purgationem.

Eius autē euentus est aut ppter eleuatiōē vaporū ad caput: q̄a medicina mouet:⁊ sbleuat:⁊ ppterea laboriose vel nō ppe:cōplete soluit. Aut ppterea q̄ mouet in capite materiā:⁊ nō educit. Aut ppter occursū rei extrinsece superuenientis capiti eius q̄ euacuatur:sicut calor:⁊ algor:⁊ silia. Nos vero etiā curamus:postq̄ sciuerimus causā eius. Nā si fuerit ppter vaporē q̄ eleuatur:trahimus ad oppositū eius cū eis q̄ diximus. Et si iam eleuatus est:⁊ fuerit calidus:cephalicā scidimus: ⁊ si fuerit frigidus: curamus sicut ceteros

dolores factos a simili causa. ¶ Et confide in flobotomia sapiente: qui est potens in hoc. Si aūt vapor fuerit grossus frigid⁹: cura ē cū eo: q̄ dispositio exigit: sicut scis. ¶ Vel si fuerit ꝓpter materiā: que mota est: postq̄ fuerit euacuata: iteratio purgatōnis est necessaria: post maturatōnem ei⁹: q̄ est causa doloris. ¶ Et si fuerit ꝓpter maliciā ꝯplexionis acquisitā ꝓpter medicinā: cura ē ꝑmutatio ei⁹ cū eo quod cōuenit.

¶ De vertigine q̄ accidit post purgatōem.

Accidit autē q̄ vapores q̄n̄q̄ quos medicina mouet: ⁊ sbleuat: eleuant̄ ad caput: ⁊ faciūt motū: qui ē sicut motus rei agitate: q̄n mouet̄ aqua motu girationis: ⁊ sicut mot⁹ rerū leuiū: q̄n flant vēti vertiginosi: aut q̄n aqua obuiat aque: ⁊ fiūt voragines: ⁊ illud ideo: quia q̄n̄q̄ vapor eleuatus facit fumos moueri: in vacuitatibus cerebri ⁊ arterijs: facientes agitatōem in spiritu: ⁊ sunt plurimū in loco terminatōnis instrumētoꝝ sensuū: et sentit tūc paciēs: sicut si res sup eū voluant̄: ⁊ terra sb eo tremat: ⁊ moueat̄. Quod quidem curam⁹ h̄ modo. ¶ Si videt̄ dominiū in sanguine: cephalica scide. Scarificatio āt cartilaginū auriū: ⁊ vētose in nuca: ⁊ cruribus: ad hoc multū cōferūt: ⁊ similiter omne regimē sanguinē reprimens. Et cōfert in fine rei balneari balneo seperato dulci. ¶ Et si est ꝓpter aliorū humoꝝ abundantiā: cura est eductio humoris faciētis: vomitu: aut p vētrē. ¶ Et post illud ꝯfortatio cerebri: cum his: q̄ dispositio exigit: ⁊ fricatio inferioꝝ: ⁊ resolutio vaporū: ⁊ ꝯuersio eoꝝ ad opposituꝫ: ⁊ rectificatio mēbri mādāt̄: sicut ē stomach⁹: aut epar: aut splen: aut scdaꝫ aliud.

¶ De debilitate visus post purgatōem.

Et q̄n̄q̄ ex siccitate supflua: q̄ succedit euacuatōi supflue. Et q̄n̄q̄ ex humiditate coarctata ī neruo ꝯcauo: q̄ dissoluit medicina: p̄ter quā euacuauerit. Et q̄n̄q̄ ex vapore grosso turbido: quē medicina subleuat ad caput: ⁊ ad membra visus. ¶ Si aūt est ꝓpter siccitatē acq̄sitā ab euacuatōe supflua: ꝯferūt humectātia nota ex cibis ⁊ potibꝫ: ⁊ oibꝫ q̄ adducūt ad humectatōem corporis: ⁊ membroꝝ visus: sicut balneū: ⁊ somn⁹: ⁊ refectio corporis: et alia. ¶ Et si est ex humiditate: q̄ā medicina coartauit in mēbris visus: cura est cū pillis cochijs: ⁊ pillis de iera: ⁊ pillis de speciebꝫ: quaꝝ descriptio est apud te: Et distillatōne in oculis cū succo celidonie: ⁊ feniculi: ⁊ felle alcubugi: aut criti: aut aquile: aut capre: aut collirio de fellibꝫ. ¶ Verū si est ex vapore grosso ⁊ turbido: cura ē reductio illius materie a qua resoluit̄: ⁊ ꝓhibitio sbleuatōis vapoꝝ cū fricatōe inferioꝝ: ⁊ exercitatione eoꝝ: ⁊ distillatōe colliriorꝫ sicut dixim⁹. Et administratio reꝝ ante cibū: ex his q̄ resoluūt supfluitates: que sunt ī stomacho: sicut est infusio iere: aut aloes: aut decoctio absinthij: aut oximellis squillitici: Aut post cibationē eoꝝ q̄ ꝓhibēt vaporē ciboꝝ eleuari: sicut est coriandrū ꝑparat̄: ⁊ citonia: ⁊ similia. Deinde succedat administratio reꝝ ꝯfortātiū visum: ⁊ abstergentiū oculos: sicut te inuitat necessitas.

¶ De debilitate stomachi post purgatōēꝫ.

Nunc cōmune ē debilitas stomachi Sed q̄n̄q̄ cadit in toto corpe eius: ⁊ sequit̄ ipsam debilitas omniū virtutū: quaꝝ est minera. Q̄n̄q̄ in supiori pte eius: ⁊ seq̄t̄ ipsam debilitas appetit⁹. Q̄n̄q̄ in inferiori pte ei⁹: ⁊ sequit̄ ipsam debilitas digestiue. Et q̄n̄q̄ cadit in fundo ipi⁹: ⁊ villis retentōis: ⁊ seq̄t̄ ipaꝫ debilitas retētiue. ¶ Accidit autē stomachi debilitas p⁹ purgatiōem. Aut q̄a p eā stomacho malitia cōplexionis acq̄rit̄. Aut q̄a imoderata inanitio extenuat: ⁊ rarificat corp⁹ ei⁹. Aut quia educit̄ humor bon⁹ supnatās: derelinq̄t̄ q̄ malū in poris submersum: aut adherētem: aut imbibitū. Aut q̄a aliq̄d relinq̄t̄ de medicina in stomacho adherēs et villis ei⁹. Aut q̄a in eo mouet materiā: ꝑterq̄ꝫ expellatur. Aut q̄a est medicina de genere adurentiū: ⁊ multi acuminis: q̄re vehementer impmit: ⁊ vlcerat supficiē ei⁹. Agēs nanq̄ in rē multi sensus vehemēti⁹ impmit. ¶ Succurrem⁹ aūt huic egritudini: q̄m elemētū est militarū egritudinū: postq̄ sciuerim⁹ causam eius: p testimoniū reꝝ causantiū ipsam. Nūc cum reb⁹ rectificātibꝫ eā q̄ de indignatōe p medicinā acq̄siuit stomach⁹. Nūc cū reb⁹ abscidētib⁹: ⁊ corrigētib⁹ causas debilitat̄. Nūc vō cū reb⁹ ꝯfortātib⁹ ipm. Nūc q̄ꝫ cū reb⁹ materieꝝ effusionē ꝓhibētib⁹ ab alijs mēbris ad ipm: q̄ q̄dē multotiēs accidit: ⁊ ꝓpe q̄n ab aliquo vicinantiū mēbroꝝ materia exuberat: ⁊ ē forte in mādādo ⁊ stomach⁹ debilis ⁊ ꝓmpt⁹ in recipiēdo. Agens .n. ⁊ si sit debile facile impmit: ⁊ ꝓpter q̄ndo rei adest ꝑparatio.

¶ Canon .I.

Et dico q cū de hac solutiōe sit
inplimū stomacho nocēs: parare
ei causas ⁊ modos idignationū: p-
pter inimicitiā ⁊ violētiā: quā recepit a mise
riis: ⁊ nature ipsi⁹ fatagēdū ē causis: ⁊ modis
indignationū resistē: pp̄e cū his q addūt i
v̄tute ei⁹: cū successiōe q̄etis ⁊ somni ⁊ cum
successiōe q̄ntitatis cibi: ⁊ electōe ei⁹: ⁊ pp̄ie
talis vt ꝯfortet ⁊ condimet stomachū ptea: ⁊
removeat qd de lassitudine stomach⁹ p solu
tiuū accidit. ¶ Nec̄ imitādū ē illos q̄ cura
pinguia: ⁊ mollia pulmēta: post solutiuū fe-
stināter ꝓpināt: cū relaxēt ⁊ mollificēt sto-
machū repleātq̄: ⁊ fastidiū generēt: ⁊ nau-
seā: licet sorbitio iuscoli talis fiendū ꝯferat:
pp̄e q̄ est necesse medicine audaciā tāsmu
tare a mēbris nutritiuis. Est. n. de gn̄e lauā
tiū ⁊ cito lubricare facientiū. Propinādus
igit tunc cib⁹ q aggregēt: ⁊ condimet stoma
chū: ⁊ pres ei⁹ laxas: ⁊ addat i v̄tute ei⁹: sic
sūt cibi pp̄e acetositas pauce: q ex aromati
cis ⁊ stipticis ꝯdiūt sicut ex mīta: ⁊ segles: ⁊
silia. Et sit eoꝝ exhibitio pauce q̄ntitatis: q̄
stomach⁹ nō grauet: pueniēdo q̄ntitati vsq̄ ad
id cui⁹ exhibitiōem stomach⁹ ꝯsueuit. Et ne
pretereas q̄n cadat i cibis eoꝝ: ⁊ intib⁹ miā:
⁊ succ⁹ agrestę: ⁊ citonia: ⁊ maciana: et succ⁹
granatoꝝ: ⁊ sumac: ⁊ spēs aromatice: ⁊ citōia
ꝯdita: ⁊ mīta: ⁊ silia. Pot⁹ aūt eoꝝ sit vinū
odorifeꝝ: subtile: ⁊ leue: decēs pmixtiōis: cū
aq̄: sic in quā sol parū impssit: cui sup rore
aq̄ rosata. Dulce aūt vinū i hac hora ē ma-
lū. Et vinū grossuꝝ sit: ⁊ nardidū. Et vitet
aquā calidā: ⁊ frigidā veri frigor⁹ prorsus.
Mollificat. n. h stomachū: ⁊ disgregat vir
tutē ei⁹. Illa v̄o debilē calorē in eo deiicit.
Pot⁹ aūt ipsoꝝ sit pauc⁹. Nec̄ ꝯfidēdū in
siti eoꝝ: nec̄ satisfaciēdū: si tollerantia sup
fluitę ex eis: q̄ stomachū vinificat. Vitēt āt
pīguia: ⁊ fruct⁹: ⁊ pisces: ⁊ cibos male dige-
stiōis: ⁊ mali nutrimēti: ⁊ coitū: ⁊ irā. Hec ei
sup medicina faciūt corpa senescē: aut cadē
i morbos. Ex reb⁹ aūt: p⁹ assumptā pharma
chā: stomachū rectificātib⁹: ⁊ corp⁹ totū: ⁊
restituētib⁹ ipsū v̄tuti sue: est somn⁹. Sedat
. n. q̄s: ex agitatiōib⁹ euacuatiōis: idignatōes
stomach⁹ accidūt. Et electio cibi ⁊ potus: ⁊
paucitas eoꝝ: ⁊ q̄es: ⁊ aer ꝑpar⁹ ad tempe-
riē ⁊ gaudiū: ⁊ delitie: ⁊ oē regimē tale. Et
scito: q balneū ē ex eis q magis ledūt: nisi
forte q̄s immoderate soluat. Alie. n. ba'nea
necessaria ec̄ diximi⁹. Et h est qd vnūquēq̄
sup euacuatōem celebrare oportet.

¶ Canon .II.

In abscissione vero causaꝝ debilita
tis stomachi canon est: q̄n oportet
res eas abscidētes: nō euacuātia
rebus ipsū ꝯfortātib⁹: vt succedāt sibimicē
vt salue ē minera. Et hoc faciem⁹ cū auxilio
medicinaꝝ ꝯcalidātiū: ⁊ stomachicaꝝ. ¶ Ve
rū si stomachi debilitas ꝯtingat ꝓpter mali
tiā ꝯplexionis acquisitā ei p medicinā: cura
est pmutatio eius cum eo quod conuenit ei.
¶ Si aūt facte ꝓpter rarefactiōem: ⁊ exte-
nuatōem parietū stomach: acq̄sitā ei p so
lutiuū: cura est difficilis. Vel ꝯ fatagēdū: vt
curet cū regimine reductiōis v̄tutis ei⁹ pau
latī ex vna pte: ꝓpie cū q̄ete: ⁊ exhibitione
ciboꝝ boni chimi: velociter nutriētiū: ⁊ pau
ce q̄ntitatis: sicut sunt: vitella ouoꝝ recētiū:
⁊ sorbiliū: ⁊ epata gallinaꝝ pinguiū: ⁊ mace-
nū: ⁊ ale aniū: ⁊ pulloꝝ: ⁊ vinū odoriferum.
Et ex alia cū exhibitiōe medicinaꝝ aggre-
gantiū virtutē ipius: sicut sunt medicine su
ptice boni odoris ⁊ non forte: ⁊ ꝯferunt in
huiusmodi dispositione emplastrōes super
ipsum ex rebus odoriferis stipticis. Côser-
uant. n. in eo calorē: q forsiā resoluit ꝓpter
raritatē eius. ¶ Et si res tantū exuberat:
vt pducat ad ecthicā stomachi: cura ē occu-
pari in administrādo humectātia quādoq̄:
⁊ restaurātia corpus: ⁊ quādoq̄ restaurātia
virtutem: ⁊ ex eis que diximus: ⁊ ex eis que
dicem⁹. ¶ Si aūt fuerit debilitas stomachi
ꝓpterea q eduxit medicina humorē bonuꝫ
⁊ dereliquit malū: aut quia mouit materiā:
⁊ non eduxit: cura est eductio illi⁹ materiei:
Deinde redi ad hoc vt ꝯfortet stomachus.
¶ Et si fuerit ꝓpterea q pticula medicine
adheret villis stomachi: cura est cum eo qd
diximus. ¶ Si aūt fuerit ꝓpter excoriatio
nem factā in stomacho: cura est cū eis que
coniūgunt virtutē ꝯsolidatōis: ⁊ ꝯfortatio
nis: si sit recens: ⁊ si fuerit antiqua: cū eis q
aggregant virtutem mundificatiōnis quan
doq̄: quandoq̄ consolidationis: et confor-
tationis.

¶ Canon .III.

In ꝯfortatōe aūt stomachi debilis:
sunt tria regimina. Primū est ab-
scissio rei ledētis: sicut te scire fecim⁹.
Secūdū vt administres eā q auferūt lassitudi
nē: sic etiā diximus. Tertiū ē vt administres ex
cib⁹ ⁊ potib⁹: ⁊ aliis q̄ntib⁹ administrationū: oē
id i q̄ ē ꝯfortatio ⁊ v̄tutis reparatio: cū auxilio
aromaticoꝝ stipticoꝝ: ⁊ reꝝ pauce acetositatis

& rerũ earũ ꝓprieq̃ sunt in pͥmo gradu: aut secũdo: in q̃bus natura delectatur. Et non p̃termittas in hoc triplici regimine q̃n ꝯfortes cor: quoniã est thesaurus cure.

Canon. IIII.

Posteꝙ aũt euacuaueris stomachuz ab humore ad ipsum effuso: & velis ne adhuc iterũ recipiat: regimẽ erit duplex. Primũ est ꝯuersio materie: que effundit ad diuersuz eiꝰ: sicut iã diximꝰ ex fricatiõibus. & ꝯstrictiõibꝰ extremitatũ: et aliis p̃ter balnea. Secũdũ ẽ virtutẽ stomachi coadiuuare: & ꝯfortare ipsuz: vt nõ recipiat: q̃d ad ipsum effundit ex mẽbris aliis. Virtutis eiꝰ vnite est: nõ recipere: sed fugare ꝯtrariũ.

De siti q̃ accidit post purgationẽ

Quandoq̃ sitis supoccupat purgationẽ: anteꝙ̃ euacuet: & quãdoq̃ succedit ei & q̃ñq̃ superfluitati operatiõis eius. Supoccupatio autẽ sitis fit. Aut propter aliq̃d: quod est ex parte medicine: Aut ꝓpter aliq̃d: quod ẽ ex parte stomachi. Aut ꝓpter aliq̃d: quod ẽ ex pte eius: q̃d est euacuandũ. Dispositio vero medicine fit causa sitis: si calida fit: aut acuta: aut salsa: aut amara: aut quomodolibet desiccatiua. Et dispositio receptoris fit causa huiꝰ: si positus sit ꝓprie sub dominio caliditatis: aut siccitatis: aut amborũ. Euacuãde aũt materie dispositio est causa huiusmodi: quãdo est receptor positus sb dominio humoꝝ calidorũ: & acutorũ: sicut colere rubee ꝓprie: aut humoris salsi: q̃ si cum bonitate opatiõis medicine educunt: sitis reprimitur: nisi forsitan maliciã complexionis dereliquerint. Si autem stomachus positus fuerit sub dominio humorum pinguium viscosorum: & fleumaticorũ: sitis non fit. Sed si tunc cum bonitate operatiõis medicine succedat sitis: bonitatez acquisitã per eam significat. Et hoc ẽ illud: quod Hippocrates verificauit: dũ dixit. Non sitientem: propter plenitudinez suam. & iterum assumpto pharmaco non sitientem: oportet denuo ac denuo sumat. & sq̃ dũ sitiat. Et extimauit Rufus oportere semel simulq̃ fm̃ sententiam Hippocratis exquisitissime euacuare: vsq̃ dum succedat sitis: & non est recordatus sermonis eius in epidimijs. Non oportet inquit ad vltimũ peruenire euacuationis: secũ opere catartici. Terretur enim ex hoc natura. Et dixit Galienus. Elegi ex duobus vijs hanc incolumitatem: quoniam melior est iteratio: q̃ multiplicatio. Laudatur autem sitis fm̃ hanc intentionem: post purgationem. Et dixit Joannitius. Significatio laudabilis est sitis talis: & ꝓprie dũ continuantur ei alie tres significationes laudabiles: que sunt Leuitas Jocunditas. & Quies. Superfluitati autẽ operationis catartici succedens sitis: nõ est quam Hippocrates cõsiderat. Superflua enim inanitio in ethicam: & extenuationem stomachi: & sitim: & asperitatem cadere facit. Unde plus terroris, q̃ bonitatis signum ẽ. Dico autem q̃ siti quam Hippocrates considerauit: obuiandum non est: nisi cum tolerantia: et somno. Sedant enim eã ad hoc: vt confortetur digestio. Neq̃ confidas in exhibitione multi potus subito. Destruit enim virtutem: & addit potius ad sitim: q̃ minuat & facit cadere in opilationes malas: & causã ad hydropisim. In siti autem facta propter calorem stomachi: cura est blãdiri ei: vsq̃ dũ catartici compleatur operatio. Et post illũ si malam complexionem dereliquerit: cura sitim. Curetur autem cum eo quod faciat permutationem eius: cum eo quod conuenit. Et caue ne suppedites naturam: cum administratione multi potus: sed frange sitim cũ aliquo: quasi lambendo: ex his que sapiẽtes scripserunt. Succedens autẽ sitis: si fit inanitionis superflue: cura est omne regimen addens ad humectationez: cũ ratiõe digestionis: & ꝯfortatiõe: ex his que dicta sunt.

De singultu qui accidit post purgationem.

Singultus ẽ motus spasmosus stomachi: factus a re nocente: qua fit contractio partium eius aggregantium se in ipsas forti motu. Cuius euentus in pharmacia accidit duobus modis. Aut enim superuenit purgationi. Aut subsequitur eam. Superuentio autem eius interdum est: propter catartici dispositionẽ. Interdum propter dispositionem materiei mote per ipsum. Dispositio autem catartici. Aut est caliditas excedens nocens mordicatione sua. Aut est siccitas corrugans: & coarctans: Effectus autem a materia quã mouit catarticum est quando accidit vt moueatur. Aut materia calida: acuta: mordicatiua: & effundatur in stomachum: inducẽs nocumentum contractiõis: mordicatiõe sua. Aut grossa frigida aggrauans et replens. Aut vt dissoluatur ventositas grossa: & replens: & extendẽs tunicas eiꝰ. Succedens

aūt singulis opationi catartici ē ille: q̄ fit a siccitate acq̄sita per excessum euacuationis superflue: que aut nundū est ɔfirmata. sed est vt ɔfirmetur: aut iam ɔfirmata est. Et est si cut narrauit Hippocrates: significatio timoris. Et dico: q̄ factus ꝓpter illud: quod est ex pte catartici: curatur cū administratione successiōis rerū alterātiū virtutē eius: Et factus a materia: quā mouit catarticum: curatur blandiēdo acuitē eius: vsq̄ dū euacuet cū successiōe alterantiū: qd̄ de vestigijs impssionū remanet. Factus aūt a siccitate nō cō firmata: iuuat administratiōe humectantiū Et aliqñ remouet. A siccitate aūt factus: q̄ iā sigillauit: curā nō habet sicut dixit Hippocrates in amphorismis. Et posteriores postea asseruerūt.

De dolore stomachi post purgationē.

Accidit aūt a malicia ɔplexiōis similis vel diuersa: quā sigillauit pharmaci. Aut ab excoriatiōe facta propter illud. Aut ex vētositate acuta: pūgitiua: calida. Aut ventositate grossa: frigida mota p ipsū: et nō resoluta. Qd̄ si fuerit a malitia ɔplexiōis: cura ē ꝑmutatio illius cum eo qd̄ ɔuenit: si est sine materia. Sed si ē cū materia. oportet vt adequetur: et maturetur Deinde expellat. Et si fuerit ꝓpter solutionē ɔtinuitatis: curetur sicut diximus. Si autē fuerit a ventositate calida: vel frigida: curetur cum resoluētibus ipsam ex his: que sapiētes scripserunt.

De excoriatiōe viscer̄ post purgatiōes.

Accidit excoriatio viscer̄: aut a pharmaci virtute: aut a materia acuta mota p ipsum: salsa: aut vlcerātiua. Et nos iā diximus medicinas: quar̄ ꝓprietas est scindere: et excoriare. Et loquimur de eis in particularib⁹. Et illa quidē interest vtrū in superiorib⁹ intestinis: aut inferiorib⁹: excoriatio sit: ɔgnoscens: aut medijs. Et scitur illud p differētias situs doloris: et puncture. Et p differētias scientie pcessus gurgulationis. Et p alia que sapiētes scripserūt. Curā etiam excoriationū tradiderūt: qualiter eam q̄ in superiorib⁹: aut inferiorib⁹: aut medijs: curare ɔuenit. Et te quidē oportet scire illud. Si autem extimetur ex vestigio a medicina derelicto: illud accidere: cura est cum his que virtutem medicine frangunt: et expellunt a corpore. Et si contingat a materia acuta: et excoriatiua: cura est adequatio illius materiei: et blandiri ei post illud: vt facile expellatur: vt non cadat nocumentū sup nocumentum. Deinde est necessariū regimen consolidatiuū quod diximus.

De egestione sanguinis.

Accidit ab excoriatiōe viscer̄. Aut quia medicina fuit earum: que apeniunt venas apertiōe superflua: faciēte manare sanguinem: sicut est colloquintida ꝓpter: et cucumer asininus: et sisia. Aut quia p ipsam puenitur ad euacuatiōis vltimū: ꝓpter eius attractionē superfluā: q̄ vis nature infertur: et cogitur in preiudicium eius manare sanguinē. Et nos quidē de excoriatione iā diximus. Et si accidat ꝓpter aptionē venarū: cura ē regimē qd̄ diximus: et ꝓpter cū his: que mēbrorū ptes coadunant: et ɔfortāt: et ɔsolidāt. Si autem accidat ꝓpterea q̄ medicina vltimitatē sequitur euacuationis superflue: curā iam diximus.

De tenasmone post purgationē.

Fit ab excoriatiōe ɔtingente fieri. Aut ꝓpter acuitē medicine. Aut ꝓpter materiā p eā motā. Et q̄nq̄ ɔtigit q̄ ano ei⁹ qui euacuat: obuiauit frigus ledēs: q̄re ē appetit⁹ mēdosus egerendi cū pōdere. Et cura ei⁹ est cū collirijs: et enematib⁹: et emplastrationibus: sm̄ q̄ exigit dispositio: et ex eis que sapiētes dixerūt.

De lassitudine et debilitate corporis post purgatiōes.

Contingit q̄nq̄ post manitionem superfluā facientē cadere in ꝓstrationem virtutis: ꝓpter qd̄ laudauit Galienus elegātius ēē iterare: q̄ excessiue euacuare. Et laudauit tollerabili⁹ ēē in morbos plenitudinis cadere: q̄ inanitiōis. Et corroborauit sermonē suū illū: p sermonē Hippocratis dum dixit. Possibili⁹ ē inanire replerū: q̄ inanitū replere. Et dixit Joānitius. Possibile vel impossibile curari: ad vtutē referim⁹. In eius saluamēto: vel casu ɔstat hoc fieri. Sed saluatio: in replet: q̄ in inanitis ē. Immo ē in eis sicut cadēs. Quare possibili⁹ repletū inanire: q̄ cōtra. Et plerūq̄ debilitas corporis accidit a malignitate pharmaci relinquētis maliciā ɔplexiōis: et defatigationem manet: ꝓpter inimicitiā ei⁹ cū ipsa. Propter qd̄ laudauit Democrit⁹ medicinā fortē: debilē facere: et malignā incolumē. Et nos quidē hoc in tota libri huius ꝓlatiōe tradidimus Et q̄nq̄ ɔtigit ꝓpter occursū caloris et eius super eū qui soluit: q̄a fit resolutio caloris et spūs: et exalatio: et diuisio cor̄ a basi et radice

Ira quoq; super medicinam: et sollicitudines
et coitus: et labor: et omne malum regimen: est
causa huius. Et nos quidē curare huiusmo
di faragimus: pcognita eius causa. Et nūc
quidem intentione nostram vertim⁹ ad cau
sam: et abscindimus eam: quoniam hec est re
ctitudo cure: et thesaurus operationis. Nūc
vero occupari oportet ɔtra ipsum accidēs
prius: et ppie quādo ob vehemētiā ipsius
resolutiōē fieri timemus. ¶ Si aūt pter
inanitiōem supfluam contingit: regimen re
sumptiuū est necessarium: sicut in stomachi
debilitate diximus. ¶ Si vero pter mali
tiam complexiōis hoc fuerit: cura est cū eo
quod opponitur ei: sicut etiam dixim⁹. Sed
si fuerit ob cursum caloris: et estus: et resolu
tionem ab eis: aut pter iram: aut coitū: ne
cessarium est regimen quod diximus ¶ Cū
autem accidens curare volumus: reparati
uū regimen virtutis: et confortatiuū est ne
cessarium. Et ad hoc auxiliatur nobis admi
nistratio delectabilium: et gradatio in cibo.
Et somnus: et quies. Et administratio redo
lentium: et iocundorū. Et medicine cordiales
et stomatiche. ¶ Et scito q balnea sunt ve
hementis iuuaminis in causa hac: et hoc in
fine rei: et ppie balneari in aquis dulcibus:
et vti sorbitiōibus pullorum et auium in bal
neo: et vitellis ouorum ppie post fricatiōem
lenem: et vnctiōem neruorum: et lacertorum:
cum oleis temperatis: sicut oleo de spica: et
oleo camomillino: et oleo de keiri. Inqt Ga
lienus. Oleum vetus remouet lassitudinē.
Oleum autem masticinum factum cū oleo
rosato et vino antiquo lassitudinem mēbro
rum: et debilitatem remouet.

¶ De spasmo qui accidit post purgatiōē.

Accidit quandoq; in purgatione:
Quandoq; ex ea: Et accidēs in pur
gatione: quandoq; fit propterea q phar
macia multam mouit materiam: et non edu
xit: que interdum declinat ad neruos: et la
certos: et replet eos: et extendit villos eorū:
et augmentat sm latum: et minorat eos a lon
gitudine sua naturali: quare incordātur mē
bra: et contrahūtur motu laborioso: sicut cō
trahitur corda arcus cui accidit: vt abreuiet
a longitudine sua. Et preparati: vt eis acci
dat illud: sunt illi ppie: quorum habitu
do est multe plenitudinis: et habent corporis
ductus artos: et qui habent excessus humidi
tatis in neruis: et qui se suppeditant multo
vino sepe. ¶ Et quandoq; accidit propterea
q medicina subleuat vaporem turbidum et
grossum ad neruos cum ventositate inflati
ua. Et fit causa eius. ¶ Et quandoq; accidit
propterea q ei qui sumpsit pharmacum ob
uiauit vehemens frigus: ledens neruos. et
lacertos: quare inspissantur: et trahūtur ad
sua principia. Et quandoq; fit propterea q
medicina fuit earum in quibus est qualitas
venenosa: que perueniens ad neruos: et la
certos operatur contractionem in eis: vn
de nerui fugiunt: et aggregantur ad expel
lendum ipsam. ¶ Factus autem ex purga
tione: est spasmus siccus ¶ Et est ille: quem
Hippocrates condēnauit esse mortalem: et
ppie quando accidit vt confirmetur. Li
cet autem spasmi facti a plenitudine: sit cu
ra febris: et ppie superuenādo: sicut Hip
pocrates dixit: Non in preiudiciū eius con
sultum hoc excipiendum est. Est enī spasm⁹
a plenitudine: qui non tantum per febrē nō
curatur: verum etiam est eius causa additio
nis ad malum: sicut factus ppie: quando
materia multa mota super pharmaciam: et
nō euacuata: declinat ad neruos: et lacertos
sicut vt iam diximus. Inflammat eīm phar
maciam febris: faciens eam acquirere ven
tositatem: qua plus nocet. ¶ Cura autem
eius vera est: festinare in subtractione mate
rie mote: adiuuando medicinam: et acquiren
do ei facilitatem: qua fit plenitudinis euacu
atio. Et si videris oportere: fiat etiam illud
cum fortiter edacentibus ¶ Deinde redi ad
rectificatiōem malarum impressionum: sigil
latarum in neruis: et lacertis: et confortatiōe
eorum: et cerebri: et nuche: et corporis totius.
¶ Et si accidit propter eleuationem vapo
rum: cura est regimen quod diximus: et om
ne conuertens vapores ad oppositum: et di
uersum ex his que diximus ¶ Et si accidit
propter occursum frigoris: cura est omne
quod calefacit neruos et lacertos cum pro
prietate. ¶ Et si accidat propter qualitatē
venenosam: cura est cum his: que cito auda
tiam eius transmittunt a corpore: sicut iam
diximus. Nūc cum eis que neruos: et lacer
tos rectificant: et auferunt impressiones ma
las factas in eis. Nunc etiam cum eis: que
eos confortant. Spasmum autem factum
post euacuatiōē supfluētē dixit Hippocra
tes eē mortalē. Hic nāq; spasm⁹ de siccitate
ē: q sic dixim⁹: si ɔfirmet: nō recipit curā. Si
aūt nō ē ɔfirmat⁹: curet cū regimie hūecta
tiuo: et cū additiōe i cibo: et somno: et silib⁹.

Capitula secunde sectionis. Et primo de medicinis benedictis in quibus nõ est venenositas:

Capitula medicinarum laboriose soluentium in quibus est venenositas.

PRotellauimus usque huc intentionem et modos rectificationum medicinarum solutionem facientium in sermone universali. Et posuimus distinctiones in intentionibus: et modis: cum conditionibus solutivis: ut inveniatur ex principio relationis scrutinii nostri: summa preclare aggregans res: intentioni huic necessarias. Volumus autem nunc de singulis earum singularia explicare capitula: quicquid est de esse earum et posse: et emendatione malitiarum in ipsis: aut redundantium in corpore: per eas complectentia. In quorum complemento complebitur liber totus.

Auxiliatorem igitur petamus deum: ad quem cuncta respirant. Et a quo misericordie omnes producuntur: qui sit benedictus. Et ponamus in principio inter particularia solutiva: singularia capitula de medicinis benedictis: in quibus nõ est venenositas: que nõ ponunt operationes suas ut cadat per eas in corpus nocumentum. Et preponam omnibus capitulum de aloe.

De Aloe.

ALoe est de melioribus: et sublimioribus medicinis: habens prerogativam super alias medicinas. Quamquam enim intentio solutivi secundum plurimum sit debilitare virtutes: et membra: que sunt minere virtutum: et afferre eis nocumentum propter illud quod diximus. Cadit hec intentio ab aloe. Non solum enim nõ nocet: sed invenitur ad confortationem membrorum debilium addere: et ad redditionem eorum in proprias virtutes conferre. Neque ad aliud nisi ad unum videtur nocivum. Aperit enim orificia venarum apertione sanguinem manare faciente. Et ipsum est aliarum medicinarum rectificator bonus. Mixtus enim cum ipsis: et propterea cum eis que solutionem faciunt dissolvendo: medicinas ipsas rectificat: et nocumenta earum removet. Et neque expoliande sunt a permixtione eius cum ipsis. Est enim regularis et rectificans eas. Et illud ideo quia ex pre substantie sue: opponitur subtilitati et acumini earum Ex parte sui effectus. eas in solvendo iuvat Et ex parte proprietatis sue: quod de ipsarum malitia est in membra facile imprimi: removet: ipsum tamen in se est tarde solutionis.

Electio. Aliud est quod fit in Succutri Aliud in Persia. Aliud in Armenia. Aliud in Arabia. Et melius ex eis est succutrinum. Post illud persicum. Deinde armenicum. Et deterius est arabicum. Verificatores autem in quinque proprietatibus laudaverunt perfectum aloem in colore: odore: sapore: pondere et substantia: cum conditionibus in ipsis. In colore quoque: ut sit coloris citrini declinantis ad rubedinem: in quo sit claritas. Et sit in eo densitas cum colore hoc: sicut est color epatis. Declinavit eius bonitas ab illo quod

est clarū. Et oportet vt sit odoris boni pro
prij: non extranei acquisiti p adulterium.
¶ Et sapor eius sm̄ conuenientiorē modū con
siderationis eius: debet sentiri in primo gu
stu dulce: declinans ad amaritudinem. ¶ Et
sit pondere leue: et quanto est leuius: tanto
melius. ¶ Et sit in substātia sua tenerū: la
bile ad frangendū. Et quātocunqȝ ē ab his
ꝓprietatibus remotius: tanto deteri⁹. An
tiquū autē denigrat tēpus. Et nā interest
cognoscere: quod in ipso cadit de adulterati
one. Sophiste enim lauant ipsuȝ lotiōe: qua
ptes eius immunde: et grosse separant. De
inde lauāt in aqͣ maris: et pauci croci lotiōib⁹
plurib⁹. Deinde pmittūt exiccari: acqrēt ex
eis: et p hs lucididitate: et colorē citrinū: et odorē
bonū. Verū odor eius deoccultat fallatiā.
Cōplexio et ꝓprietas. Est autē complexio
nis cal. de in scdo gradu: sicce in tertio. Et ē
exiccatiuū sine mordicatiōe. Cōsumptiuū
superfluitatū. Et preseruās a putrefactione.
Et cum hoc sit ei ꝓprium aperit tamē orifi
cia venarū. Et dicunt quidam qꝫ ledit epar
aliquādo ipsum. Et videt qꝫ illud sit ꝓpter
apertionē quā efficit in venis. Verū recti
ficatio acquirit ei vt conferat epati. ¶ Et in
aloe quidē loto minoratur solutio: et addit
ei vt sit stomachi confortatiuū. In non loto
vero est econtrario. Et etiam mixtū cū mel
le est minoris solutionis: et minoris attracti
onis: et est maioris abstersiōis partiū: p quas il
li est transitus. ¶ Rectificatio. Tria sunt
in eo: in quibus cadit correctio: quoniam est
de tarde solutionē facientibus: quare oportꝫ
vt sumens ipsum cibari differat. Et quia sua
opatio non multū extenditur in corpore.
Vix enim pertransit epar nisi in quantitate
exuberet. Et quia venaruȝ orificia: apertione
sanguinē spargente aperit. Et nos obuia
uimus his tripliciter rectificando ipsuȝ. Ac
quirimus enim ei citam: et facilem opationē
cum speciebus alefanginis subtilib⁹: et acu
men habentibus: sicut verbi gratia: cum ma
cere: nuce muscata: cinamomo: spica: calamo
aromatico: cubebe: squinanto: asaro: mastice:
gariofilis: de quibus partes equales: et cro
ci pars media: bulliant in sextuplo eaꝝ aq̄:
vsqȝ ad tertiā eius cum facilitate. Et accipe
pro qualibet libra illius aque: aloes. ℥. vi. et
permitte siccari in vmbra primo: et ꝑfice exic
cationē eius in sole. Quidaȝ autē ex bene
rectificātibus faciunt simile cum speciebus
pigre Galieni. Citat enim eius operatio

nem: ysopus: cinamomū: et cassia. Et qdam
dant infusionē aloes in aqua specierū: et cita
tur effectus eius. ¶ Et acqrimus ei vt extē
datur operatio eius ad partes remotas: cū
rebus que addunt ad vigoreȝ eius: sicut col
loquintida ꝑpue: et turbit: et similia addantur
in aqua specierū: et fiat vt diximus. ¶ Aut
fiat illud in aqua casei. Aut fiant ex eis tro
cisci: et pillule. Aut cadant ea cum eo in con
fectiōibus simul. ¶ Remouemus autē ab
eo nocumentū quod imprimit in venas: re
ctificando ipsum cum administratiōe bdelly
cum eo: aut dragagāti: aut masticis: et simili
um. ¶ In aloe autē quod elongatū est: et de
clinat a ꝓprietatibus bonis: magnificantur
hec tria que diximus. Et adhuc etiā est con
turbatiuū: faciens doloreȝ ventris: et nocēs
stomacho: et epati: et soluēdo imprimit labo
rem in stomacho: et visceribus. Et aliquādo
virtus eius remanet in eis: et facit in soluti
one exire sanguinem. Et est maxime nocēs
emoroydibus: et ano. ¶ Et nos rectificam⁹
huiusmodi: lauādo lotione qua partium im
mundarū fiat abstersio: et infundēdo in aqͣ
specierū: et adiungēdo ei que cito lubricatio
nem faciunt. Et nihil est tā magnificū ex re
ctificatoribus: sicut bdellium: et dragagantū
Et si super ipsum bibatur aqua dulcis cum
oleo nucum: aut decoctiōis passularū: aut
aqua tepida: et mel: trāsmittit audaciā eius
a corpore. ¶ Posse. Solutiōe educit co
leram: et flegma: et mūdificat caput ab eis: et
stomachū. Et confert iuuamentū magnum
doloribus eorū. Et confert inflāmatiōi sto
machi: et siti: et dolori eius ex colera factis.
Et qui assiduat acceptionē eius diebus con
tinuis: nō videt in corpore suo: neqȝ in instru
mentis sensuū suorū egritudinē: que nō sit
habilis sanari. Et preseruat a putrefactiōe
ita qꝫ etiam cadauera: et propie mixtuȝ cum
myrra. Mixtum vero cum sanguine draco
nis: et myrra: sanat vlcera putrida mala. Ex
siccat enim sine mordicatione. Et ablutio in
fusionis eius in vino: aut aqua rosata: aut
succo feniculi preparato: abstergit oculos: et
addit in visum: et strigit lachrymas. Et ipsuȝ
quidem acuit sensus: et rationem. Et confert
epati. Et aufert ictericiam. ¶ Nocet tamen
emoroydibus. et ano. Quapropter caue
ant ab eius acceptione patientes lesionem
in ipsis. Caue ergo dare aloem in tempori
bus frigidis. Excoriat enim: et solutione
educit sanguineȝ. Dosis eius ē ab aureo. s.

vsq ad.ʒ.ij. Et in infusionibus: ab aureo.i. vsq ad.ʒ.iij.

¶ De mirobalanis citrinis: et nigris: et idis

Existimauerũt quidã q mirobalani citrini: et nigri: indi: et kebuli: sunt ab eadem edita arbore. et q citrini sunt immaturi: et nigri indi: sunt in quibus iã puenit cõpletio et maturatio. Et dixerũt q arbor eorũ est de his ferentibus. Et q citrini sunt de primo germine. Et nigri similiter. kebulos vero germẽ secũdum dixer. Et quidã dixerũt q de diuersis nascunt arboribus: et est illud quod credit. Etenĩ eorũ diuerse etiã sunt operatiões. Ipsi quoq de medicinis benedictis sunt. Non.n. debilitãt cũ solutione sua: immo cõfortant stomachũ: et ppie viscera: et pparãt: et condunãt partes eorum: et cõfortant cor: et epar: et corpus totũ: Neq enĩ nisi ad vnũ videnẽ nociui. Acquirit enim pparatis ad hoc p eos opilatio: et proprie paratis cadere in ipsas. Sunt aũt de perfecte rectificãtibus medicinas: que habent acuitatẽ et purgãt dissoluẽdo. Magnifice autem adinuenit: qui eos: et ppie citrinos: cum scamonea miscuit. Reprimũt enĩ eam pp̄ter obuiatõem substantiarũ: et qualitatũ inuicẽ: et eam in soluendo iuuãt. ¶ Electio. ¶ Citrinos in quinq ppietatibus laudauerunt sapientes. In colore: vt sint citrini multe citrinitatis: declinãtes ad viriditatẽ. Et sint in põdere graues: et densi. Et vt in ɔfractiõe suis: inueniatur sicut gũmositas. Et vt sint crossi. Et vt cortex eorũ sit spissus: et densus: ɔplectẽs ossa parua. ¶ Et laudauerũt kebulos in quatuor ppietatibus Ut sint crossi: et q̃to crossiores tanto meliores. Et sint subnigri: declinãtes ad rubedinem. Et sint graues in põdere cite submersionis in aqua. Et sint habẽtes spissitudinẽ corticũ suorum. ¶ Nigros quoq indos in quibꝫ laudauerũt ppietatibꝫ. Ut sint nigri Et ɔfracti densitatẽ habentes substantie. Et sint crossi. Et graues. Et carẽtes ossibꝫ Q̃to autem ab his elongãtur ppietatibus tanto a bonitate remoti. ¶ Complexio et ppietas. ¶ Omnes frigide sunt ɔplexionis in primo gradu. Sicci in secũdo. Et sunt exsiccatiui: et ɔsumptiui superfluitatũ putridarũ Preparatiui: et condunatiui partiũ in quibus cecidit laxitas: et mollificatio. ¶ Rectificatio. Tria sunt in eis: pp̄ter q̃ in ipsis cadit correctio. Faciũt.n. cadere in opilationem: et ppie pparatos cadere in illã. Et q̃a facile adherẽt in villis stomachi: et partibus intestinorũ. Et quia dimittũt vestigia corrugationis in ipsis. ¶ Et nos emendamꝰ q timeẽ de eo quod diximus. ¶ Primo prohibentes penitus exhibitione eorũ in ipsis: et omnibus paratis cadere in opilatõnes. Et in nõ paratis: miscenda sunt ea cum ipsis: que opilatõem fieri phibent: sicut aliqua ex diureticis notis. Et infusio eorũ in aqua calefi: remouet hoc nocumẽtũ ab ipsis. Et succus fumi terre: valet similiter. Et similiter absinthiũ. Et agaricũ. Et reubarbarũ. Et spica: et similia ¶ Et emẽdamus quod põt puenire de eo quod diximꝰ in secũdo et tertio: miscendo cũ eis que remouẽãt ab ipsis adherẽtie intẽtionẽ: et acquirãt eis lenitatẽ: sicut si ɔficeret cũ oleo amigdalarũ dulciũ: aut cũ oleo rosaceo: aut cum oleo violaceo: aut sisamino. Aut saltẽ ɔterantur cum eis amigdale dulces. Passule quoq: et mel cãrũ: lenificãt eos: et ɔfortãt opatões eorum: et sunt pp̄ter iuuamẽti cũ eis. Simile acquirit eis cassia fistula: et viole: et siccã: et terãniabin: et tamarindi: et similia ¶ Quidã aũt dixerũt: quoniã nõ est bona pmixtio eorũ cũ medicina labificatiua: et lenitiua: quoniã opatões eorũ in id ipm se perimũt. Et ego nõ video illud. Immo remouet ab eis: p ipsas: adherentiã: et corrugatio: et acqrit solutio facilis. ¶ Et scito q decoctio acquirit eis vehementiore opilatõem q̃ sola infusio. Et infusio: minꝰ facit esse opilatiuos q̃ coctio. Et assatio minorat eis solutõem: faciẽs ipsos cõstipatiuos plus. Et adhuc magis combustio. Et ɔtriti quidẽ plus soluũt: et plꝰ dimittunt vestigia ɔstipatõis in vijs. Infusi vero minus faciũt illa. Et infusio quidẽ eorũ ɔpetit: quãdo solũ querit solutio. Et eorũ ɔtritorũ exhibitio: quãdo querit ɔstipatõis impssio. Et q̃to magis conterunt: etiã vt sint sicut alcohol: melius celebrabit illud. ¶ Et kebuli quidẽ ɔditi minoris quidẽ solutionis sunt: et maioris ɔfortatõis membrorũ nutritiuõis. Et nõ ɔditi faciũt ɔtrariũ. ¶ Modꝰ rectificatõis eorũ fatis villis: acqrẽs eis sapozẽ bonũ: et emendãs: quecũq timent de eis est: vt sumat de mirobalanis ɔtritis quantitas: quã volueris: et sit hoc in estate: et funde sup eos olei amigdalarũ dulciũ q̃ titatẽ: qua cõfricando leniant in vmbra: et siccent in sole: et semp modice confricãdo sup rorent oleo:

ꝛ fiat illud p triduū: deinde denuo p triduū
cū aq̄ gaccariaut aqua casei cū pauco gac-
caro cōterātur in sole: semp eos ante modi-
ce: cū aqua pdicta rorādo: deinde fac troci-
scos ex eis: ꝛ siccētur in vmbra. ¶ Et sunt q̄
dam qui separāt in eis: quod ē fm speciem:
ab eo quod ē fm materiā: ꝛ est modus solē-
nis. Infundūt eis eos in aqua casei: quod
sumptum ē ex capris: post ɔtritionē eorum.
Et ponūt ponderis eorū pretium vnā: ꝛ aque
casei pres. xij. ꝛ ponūt in vase vitreo stricti
orificij: ꝛ dimittunt p dies. viij. postea deco
quūt bullitiōe vna: deinde postq̄ manib⁹ con
fricauerit: colāt: ꝛ dimittūt aquā illā siccari:
ꝛ faciūt trociscos: vel pillulas. Et sunt qui
addūt cū eis de medicinis benedictis: quas
volūt: fm exigentiā intentiōis eorū: ꝛ faciūt
similia. Et eius ē opus magni magisterij.
¶ Modus ɔdiēdi kebulos. Accipe ex eis
humidis si haberi possunt: vel humectatis
fm artem: qua humectari possunt: quātita-
tem quā volueris: ꝛ stilo pūge eos vndiq̄: ꝛ
decoque eos in aqua cū facilitate: vsq̄ dum
sufficit. Post hec dimitte eos p diē vnam:
sup tabulam: ꝛ exprime aquā eorū: ꝛ submer-
ge eos in aqua mellis: ꝛ p dies duos dimit-
te eos: tunc coque eos lēto igne: ꝛ postq̄ co
cti fuerit: recōde eos i vase vitreo: ꝛ da post
sex menses. ¶ Ars autē in humectādo eos
auxiliatur hoc modo. Infundantur in aq̄
plurima: ꝛ exponātur radijs solis per dies
. vij. deinde accipe magnum vas: sicut doli-
um: vel saltē fiat fouea in terra in loco hū-
roso: vt inter multā arenā humidam: desū
etiam sepeliātur sepe: ac sepe aquā desup in
fundēdo: ꝛ innouādo arenā: de tertio in ter-
tium diem: vsq̄ dum tumefiāt: ꝛ humectēt.
Hic erit modus humectationis eorum.
¶ Posse. Mirabolani sunt ex rebus: q̄
faciunt vtentes se iuuenescere: ꝛ acquirunt
eis colorem bonum: ꝛ bonitatē odoris oris:
ꝛ sudoris: ꝛ generant gaudium: ꝛ hilaritatē:
ꝛ confortant stomachum: cor: ꝛ epar: ꝛ cōfe-
runt tremori cordis: ꝛ confortāt: ꝛ preparat
ꝛ mundificant stomachum: ꝛ conferūt emor
roidibus: ꝛ extinguūt inflāmationē colere.
¶ Sed citrinorū operatio in hoc est precel-
lens. Ipsi enim solutione educunt eam: et
conferunt complexiones calidas habenti-
bus. Et eorum fricatio: cum aqua agreste:
aut aqua rosata: aut succo feniculi: abstergit
oculū: ꝛ aufert supcalefactionē eius. Et fa-
cto exinde alchol stringit lachrymas: ꝛ con

fert mollificatiōi oculorū. Et cōferūt tertia
ne: ꝛ febribus colere. Et cōtriti quidem cum
mastice: sanant vlcera: ꝛ desiccāt ea. Kebuli
quoq̄ solutione educunt flegma: ꝛ addunt
in ratione: ꝛ clarificant visum: ꝛ pprie con-
diti: ꝛ mundificant stomachū: ꝛ confortant
ipsum: ꝛ conferunt hydropisi: ꝛ febribus an
tiquis. ¶ Nigri autem in dissolutione edu
cunt melācoliam: ꝛ coleram adustā: ꝛ confe
runt melācolicis: ꝛ tremori: ꝛ clarificāt colorē
ꝛ ɔferūt lepre: ꝛ remouēt tristitiā: ꝛ ɔferunt
quartane. ¶ Dosis. Potio citrinorū tri-
torū est a. ʒ. ij. vsq̄ ad. v. ꝛ infusoꝝ a. ʒ. v. vsq̄
ad. xx. ¶ Et potio kebuloꝝ tritorū est a. ʒ. ij.
vsq̄ ad. iiij. ꝛ infusorum a. ʒ. iiij. vsq̄ ad. x.
Potio indoꝝ est sicut kebuloꝝ. ¶ Ille aūt
qui sumit eos timeat boream sufflantem:
Et pisces abhorreat.

¶ De emblicis.

Emblici sunt ex medicinis ɔfortan
tibus stomachum: ꝛ cor: ꝛ epar: ꝛ vi-
scera. Electio. Meliores ex eis
sunt: habētes frusta grossa: ꝛ densa: ꝛ grana
ꝛ q̄ minus crescūt in ossibus: et plus in car-
ne. Rari quoq̄ nō habēt spiritū. ¶ Cōple-
xio: ꝛ pprietas. Sūt ɔplexiōis parū frigi
de: ꝛ sicce: in pmo gradu. Et ipsi sunt confor
tatiui mēbroꝝ laborū: ꝛ coadunatiui primum
eorum: ꝛ sunt de extinguētibus calorem in
stomacho: ꝛ epate. Rectificatio Emblici
nutriti: sunt maioris opatiōis: ꝛ minoris cor
rugatiōis sunt. ¶ Modus nutriēdi embli
cos. Accipe ex eis quātitatē: quā volueris:
ꝛ submerge in aqua: ꝛ expone soli. vsq̄ dum
tumefiant: ꝛ humectētur: ꝛ post exprime: et
pone in aqua mellis: ꝛ per dies duos dimit-
te: deinde coque cū facilitate: ꝛ postq̄ cocti
fuerint: dimitte parū refrigerari: ꝛ adde cuꝫ
eis mellis tabarzet: sicut quartā ptē totius:
ꝛ recōde. Et quidam supcondiunt cum spe
ciebus aromaticis: ꝛ cōfortatiuis: sicut cina
momo: ꝛ xilo aloe: ꝛ gallia: ꝛ cardamomo: et
croco: ꝛ similibus. Et modus faciēdi serem
blae. Infunde emblicos in lacte dulci: ꝛ mu
tef sup eo lac: mane: ꝛ sero: ꝛ hoc p triduum
ꝛ exiccētur in vētō: ꝛ in vmbra: ꝛ recōdant.
¶ Posse. Solutione educunt flegma: et
sunt ex rebus valde cōfortātibus cerebrum
ꝛ neruos: ꝛ augent intellectū: ꝛ cōfortāt cor:
ꝛ cōferunt tremori eius: ꝛ mundificāt stom
achum a flegmate: ꝛ putrefactiōe: et cōfortāt

ipsum: et preparant, et sedant furorem in eo: et auferunt sumnem: et addunt in appetitum: et sedant vomitum. ¶ Dosis eorum tritorum potio est ab aureo .i. usque ad .iij. Infusorum ab aur. iij. usque ad .vi.

¶ De bellericis.

Bellerici sunt ex medicinis benedictis. Expectatur eius per eos confortatio. Electio. Meliores sunt grossi: et spissi ponderosi: et densi cortice. ¶ Natura. Frigidi sunt in primo: sicci in secundo. In posse autem: et proprietatibus aliis sunt sicut emblici.

¶ De reubarbaro.

Reubarbarum est ex medicinis benedictis et solennibus in quibus aggregantur multe ex intentionibus quae queruntur in re faciente mundificationem: quas postea dicemus. ¶ Electio. Ex speciebus rauet: aliud est quod nascitur in India: et est rauet seni: et aliud est rauet barbarum: et aliud est rauet turkinum. Et melius eorum est rauet seni. Post illud in bonitate est barbarum. Et minus in bonitate est turkium. Et laudatur magis ex eis: quod est subnigrum declinans ad rubedinem. Non est grossum rarum raritate sua. Et in quo etiam in confractis suis invenitur disgregatio ex russo: et glauco. Et quod est crocee tincture. Et quod est recens. Et non permittas quin scias quod in ipso cadit de adulteratione. Accipitur ei ex eo integro sicut est: quantitas magna: et submergitur in aqua per dies .v. et dimittitur aqua illa siccari: et fiunt inde trociscie: et sunt ipsi medicina regum. Reubarbarum vero siccatur: et venditur sicut est quod iam perdidit animam. Et cognoscitur: quoniam illud in quo non cecidit adulteratio: est rarum: et minoris stipticitatis: et est crocee tincture. Adulteratum vero habet contrarium horum: et varietatem quam habere debet in confractis suis amisit: immo subnigrescit in eis.

¶ Complexio: et proprietas. ¶ Calide complexionis est: et sicce in secundo gradu: et dicitur quod est in primo. Sed illud est verius. Conveniunt autem in permixtione eius aqueitas: et terreitas: dantes ei stipticitatem: et substantiam: et acritas dans ei raritatem substantie: et est in eo igneitas efficiens: quod per actionem eius in terreitatem ipsius: ipsum fecit esse amarum. Verum terreitas est secundum profundum eius. Et igneitas est in superficie ipsius. Quare propter infusio separat inter substantias ipsius. Et complectio operationis solutionis in opilationibus per ipsum: est per dominium calidi in superficie eius. Et consecutio constrictionis per ipsum: est a substantia sua terrea stipica. ¶ Rectificatio. ¶ Non est in eo nocumentum apparens. Et datur in omni tempore. Et in omni etate: ita quod etiam pueris: et pregnantibus. Et de elegantioribus: et melioribus: quae fiunt ea cum eo magnificat operationem eius: est aqua lactis: et proprie quod sumptum est ex capris. Et similiter magnificatur infusio eius in aqua endivie: et apii: post bullitionem: et colationem. Aut in aqua plantaginis. Et non permittatur quin cadat in societate sua spica. Et illa nam propter iuvamentum cum ipso. Neque preteream additionem modici vini albi odoriferi: et clari in infusionibus eius: et proprie quando in emendatione opilationum proponitur. Et scito: quod in adulterato non remansit aliquid de virtute solutiva: de quo sit curandum. Et eius quidem quod purum est: infusio competit quando solum queritur abstersio: et solutio: et opilationum apertio. Et ipsius contriti exhibitio: quando queritur ut post illam in visceribus vestigia constrictionis remaneant. Verum ex eo quod assum est, vehementius fit illud: et adhuc vehementius ex adusto. Et quod ex eo est purius: sustinet quod oportet: et decoctionem meretur. In raro autem: et laxo: vehemens contritio resolvit virtutem. Decoctio etiam similiter resolvit in eo virtutem qualiscumque sit. ¶ Posse. Solutione educit coleram: et flegma. Et maior eius proprietas est mundificare: et confortare epar: et stomachum. Et conferre doloribus pungitivis eorum et viscerum: et clarificare sanguinem: et auferre opilationes: et morbos: quorum mater est opilatio: sicut hydropisim: et ictericiam: et grossitiem splenis: et febres opilationum: et similia. ¶ Ex parte substantie sue: proprietas est ei: conferre sputo sanguinis: et manationi eius undecumque fit. Et conferre casui et percussioni: et sanare rupturas intrinsecas et extrinsecas. Et proprie eius. ʒ. d. et minne grana duo: et rubee tinctorum granum unum et medium cum vino stiptico: et est dosis una. Et confert inunctio olei eius concussionibus: et contractionibus lacertorum: et doloribus eorum. Et ipsum quidem est medicina singularis: et est medicina bona dissinterie: et proprie quod ex eo est assum: et bibitur cum succo plantaginis: et pauco vino stiptico. Et confert febribus periodicis. Et febribus opilationum. Et febribus antiquis. Dosis. Potio eius infusi est a. ʒ. ij. et .v. usque ad .x. Et potio contriti a. ʒ. i. usque ad .iiij. Et ipsum conservatur per annos tres: vel quatuor. Et preservatur a putrefactione: et corruptione: si sepeliatur in cera: et terebentina liquefacte. Aut cera sola. Aut si sepeliatur in melle tabarcet. Aut si sepeliatur in psilio. Aut in milio. ¶ Conservatur eius esse ipsius ex tempore extenso.

De cassia fistula.

Cassia fistula est de medicinis: in quibus est fiducia iuuamentorum: et est sine nocumento: carens acuitate: et mordicatione: et omni excessu ledente: super cuius exhibitione presumitur in omni etate: ita quod pueris et pregnantibus. Electio. Electio eius consistit in sex proprietatibus. Ut sit arundo eius grossa: plena: splendens: et multi ponderis. Et sit pulpa eius splendens: et pinguis. Et cassia ex arundine conseruata in vasis pigritatur. Complexio et proprietas. Est equalis declinans ad latus caliditatis. Et est humida in primo gradu: et est lenitiua: resolutiua: clarificatiua sanguinis: sedatiua acuitatis eius: et colere rubee. Rectificatio. Nocumentum est in ea nocumentum apparens: propter quod nocet debilia habentibus viscera: et lubrica. Remouetur ab ea hoc nocumentum in permixtione mirabolanorum: et reubarbari cum ea. Et equa mastice: et spice cum ea: similiter est medicamine bonum. Et quandoque necesse est ei lubricitatem addere: et proprie in desiccatione viscerum. Quare sapientes admiscuerunt cum ea oleum amigdalarum dulcium. Diuretica quoque faciunt eam declinare ad vias urine: quare necessaria est eorum permixtio: quando oportet membris sedem expulsionis conferre.

Et ipsa est de tarde et debiliter solutionem facientibus: propter quod miscenda cum ea sunt quedam ex rebus acuitatem habentibus: sicut alhasce et isopus. Uigorant enim eius solutionem. Et magis adhuc si cum quibusdam ex ventrem soluentibus misceatur. Et ipsa quidem cum aqua casei est nobilis operationis. Posse. Mundificat sanguinem: et compescit eius acuitatem: et sedat sitim: et proprie cum succo endiuie: aut solatri: aut tarasacon in quibus aduenit iam depuratio secundum artem. Et ipsa quidem mundificat stomachum et educit coleram: et flegma: et operatur illud sine nocumento: et excessu: caret enim mordicatione. Et ipsa quidem lenit pectus: et guttur: et resoluit apostemata acuta in eis: et confert calefactioni renum sumpta cum diureticis: et infusione hydriticis: et prohibet generationem lapidis in eis. Et confert febribus calidis.

De tamarindis.

Tamarindi sunt dactili acetosi: et sunt ex fructibus palmarum siluestrium in India. Ipsi quoque sunt ex medicinis nobilioribus: in quibus non est excessus. Electio. Laudantur in sex proprietatibus. Ut sint nigri non vere nigredinis: cum luciditate: et teneri. Et mixti cum villis: que sunt sicut radices: et sint recentes: et pingues absque desiccatione. Et sunt cum dulcedine acetositatis pauce: veri: puri: non permixti. Et sunt ex adulteratoribus qui eos falsificant cum carne prunorum. Sed deoccultat falaciam nigredo: sine luciditate in ipsis. Et quia sunt humorosiores. Et quia in eis est odor: et sapor prunorum. Complexio et proprietas.

Rhasis dixit. Oleū de cucumere asinino est caputpurgium bonum sode frigide et emicranee: et mundificationi cerebri ab humoribus frigidis pigris et aqua descendenti ad oculum: et prope si modicum huius olei distilletur in aures: et trahatur sugendo. Deinde post horam lavētur nares cum aqua calida. Succus quoque cucumeris asinini vehementius operatur.

Galienus. Caputpurgium conferēs sode frigide: et torture: et opillationi collatorij: et defectioni olfatus: et impedimento ipsius. Nigella die ac nocte infundatur in aceto: deinde siccetur et terat subtiliter:

ꝛ puluis eius naribus approximetur: et tra hatur naribus odor eius sicut sugendo. Et expertum est.

Item caputpurgiũ valens sicut superius: ꝛ est forte. Recipe nigelle. ℥. ij. succi cucumeris asinini. ℥. i. salis armoniaci. ℥. ß. Misceantur cũ oleo cucumeris asinini: aut oleo de alcanna: ꝛ liniatur ex eo in narib' intus ꝛ sugatur vehemẽter odor eius. Educit enim de materia cõtẽta ĩ capite sufficiẽter. Deinde lauentur nares ꝛ caput cum aqua calida.

Filius Zacharie. Confectio caputpurgij ad sodã frigidã. Recipe castorei euforbij aã. Fiat ex eis sief cũ aqua sansuci: ꝛ fricetur ex eo sup cutim cum oleo nardino: aut costino: ꝛ liniat' ex eo ĩ naribus: ꝛ fugat': ꝛ fiat sicut diximus.

Item. Cõfectio caputpurgij ad sodã frigidã: ꝛ emicraneã ꝛ egritudies cerebri frigidas: ꝛ tornarã ꝛ paralesim. Recipe castorei: condisi: anthanite: pulpe colloquintide: baurac: euforbij: gibenet: fellis vaccini sicci aã. Fia' sief. Et fiant cum eis caputpurgia cum auricula muris: aut succo sansuci: aut succo venaru. Et ẽ expertu3.

Iudeus. Caputpurgium cõferens sode frigide. Fellis adipis sicci: aut vaccini: aut caprini: opoponaci: castorei aã partẽ vnam: croci partẽ. ß. fiant sief: et fricetur ex eo super cutim cum aqua: ꝛ liniatur intus nares. Est enim expertum.

Archigenes. Caputpurgium valẽs ad idem castorei sinapis: opoponaci epi: croci: aloes aã. Fiant pillule: ꝛ administrent' sicut diximus. Expertum.

Alexander. Caputpurgiũ mirabile ad diuturnũ capitis dolorem ꝛ pinguces in eo materias ꝛ initium aque. Et est ad epilepsiam expertũ. Recipe faseis ℥. v. succi cucumeris asinini: nec nimis recẽtis: nec nimis antiqui: salis armoniaci aã. ℥. ij. terantur diligenter ꝛ misceantur: sic terẽdo cum oleo de cucumere asi: aut oleo irino donec fiat sicut cerotum: ꝛ repone in vase vitreo: ꝛ inunge ex eo intus in naribus: et sugatur diligenter. Deinde fac sicut diximus.

Item accipe radicũ artanit' e sicce ℥. ij. ꝛ. ß. succi cucumeris asinini. ℥. ij. Tere subtilissime: ꝛ ex eo p̃ canellũ insuffletur ĩ nares. Deĩde surgat sic' dixim'.

Demochritus purgatur aliquã caput per res: que cõmasticãtur. Et ẽ purgatorium leue. Recipe masticũ partes. ij. piperis partem. i. cõmasticentur diu. ꝛ saliua q̃ resoluitur semper expuatur: ꝛ quandoq̃ admiscemus cũ mastice staphisagriam: ꝛ quãq̃ piretrũ: ꝛ quãdoq̃ radices alfose: ꝛ quãdoq̃ radices capparis: Hec enim spissum humorem ꝛ flegma grossum educunt.

Caputpurgium in inentione nostra conferens delicatis ad ea q̃ diximus. Recipe castorei. ℥. i. eusorbij. ℥. ß. galie muscate. ℥. ij. vnius partes. ij. condisi. ℥. vnius partem. ß. Fiat eorũ contritio bona: ꝛ fũde super ea succi arthanite quantitatẽ sufficientem: ꝛ expone ad vmbrã donec siccetur. Deinde tere: ꝛ cum succo venarũ: aut cũ succo sansuci fiant colliria: ꝛ administra sicut diximus.

Gargarisinata etiã materiã cerebri attrahunt: quale est gargarisma factũ cũ oximelle cũ sinapi. aut cũ ieris: aut cũ cortice capparis: aut piretro: aut pipere.

Paulus. Gargarisma cõferens sode frigide: ꝛ egritudinibus cerebri flegmaticis. Iera pigra cũ oximelle squillitico cum aqua decoctionis al basce: origani: isopi sicce: piretri: ꝛ sinapi. Gargarismus cum eis fiat omni hora.

Suffumigium Gabrielis ad sodam frigidã: ꝛ egritudies cerebri flegmaticas. Recipe sansuci. ℥. ij. foliorum citri. ℥. i. camomille tãtũdem: ligni aloes sol ce aã. ℥. v. ponãtur in vase vitreo stricti orificij: ꝛ coquãtur donec cõsũpta sit q̃rta ps aq̃. Deĩde apiat' orificiũ vasis: ꝛ recipiatur vapor eius.

Aliud eiusdem: sed ẽ fortius illo aperiens opilationẽ3 cerebri: ꝛ emũctorij. Recipe nigelle partes duas: foliorum sansuci: origani: persice: balsce: isopi sicce: sticados aã partem. i. Fiat sic diximus.

Odoramentũ cõferens sode frigide. Recipe galie muscate aur. iij. sadran aur. iij. ꝛ. ß. aloe crude aur. ij. musci. ℥. i. ligni aloes aur. vi. Dissoluatur alba in modico olei de been. Cetere autem res p̃ter muscũ terantur subtiliter: ꝛ conficiantur cũ glutino dragagãti. Et postq̃ cõfecte fuerint: malaxẽtur cũ ambra dissoluta ĩ oleo de been malaxatiõe mĩta. Ultimo vero musc' trinus ꝛ distẽperat' cũ aq̃ rosata misceat' malaxãdo cũ p̃dictis: ꝛ fiat inde pomũ vnũ: aut duo ꝛ odores. Deinde conseruetur in vase

vitreo: aut plumbeo ne virtus ipsius tollat. Hoc est odoramentum sublime.

Odoramentū aliud ex castoreo: et rute sicce partibus equalib⁹ cū glutino dragaganti pomū fiat et odoret. Et species odorentur preterq̄ fiat pomum. Est. n. expertum ad sodam frigidam et ventosam.

Odoramentū aliud expertū ad frigiditatē cerebri quod cōfortat ipsū: et confert sode. Recipe storacis calamite electe. ℥. ii. ligni aloes. ℥. iii. laudani cōfectōnis gerana an. ℥. i. et i alio. ℥. vnius partes. ii. spice. ʒ. iii. galie muscate. ʒ. vii. masticis. ʒ. iii ambre crude. ʒ. ii. et. ß. gariofilor macis an. ʒ. iiii. et. ß. Confice sic storacē laudanū et masticem: cum modico olei de been resolue: Deinde tere i mortario cū pistillo calido: et pone super eā puluerē ligni aloes: spice galie: gariofilor et masticis: et misce cū eis. Post hoc funde sup ea glutini: gummi arabici: aut dragaganti qntū sufficit: et misce cōterendo. Deinde malaxa cū ambra dissoluta cū modico olei de been malaxatione multa cōterendo. Ultimo vero aromatizet cū musci. ʒ. vnius medie et aqua rosata: aut fiant inde poma: et odorētur. Aut fiant inde trocisci. et suffumiget cū eis. Et est expertum verax: et suffumigantur templa: et domus regum

Aliud valēs similiter et ē bonū. Recipe buchur scendere: et ligni aloes electi an partes equales: musci ptis vni⁹. xxx. fac ex eis poma: aut nib: et vere bonū est et expertum.

Aliud valēs similiter storacis: ligni aloes an. ʒ. i. galie muscate. ʒ. xii. ambre. ʒ. vii. musci. ʒ. ii. et fiat sic dixim⁹ Aliud nobile satis cōferēs sode et epilepsie: et prefocationi matricis ligni aloes galie muscate an. ʒ. xv. cisenide. ʒ. vii. confice terendo: et fac ex eis poma: aut nib. Et administrātur fac coliria: et suppone i matrice. Et sunt qui addunt buchur seden. ʒ. xv.

Inquit Ypocrates. Aromatica capitis grauedinē faciunt. Et ego quidē dico: quod nō elongatur qn hoc sit i frequenti vsu eor. Conuertūt enim vapores ad caput: immo replent illud vaporibus. Moderatus vero vsus eor cerebrum confortat et calefacit. Sed nō fiat adeo frequēter: vt pducat ad illud. Et quidē canon est nō debere cōferre apud repletionē. Et hoc ē quod Ypocrates voluit. Nā post mundificationē confortat et calefacit: et residuū sode remouet. Et si soda est a malitia cōplexionis frigide siue materia: aut a frigiditate aeris lucidum⁹ esse iuuamē a sublimis vsu eor.

¶ Solutiuor genera conuenientia sode frigide: et flegmatice: deinceps scribantur: et primo a debilioribus incipiamus.

Exeis ē modus pillular de inuentione Iudei mundificantiū cerebrū: et neruos ab humore flegmatico: et cōferentium sode frigide: et epilepsie: et spasmo: et paralesi: quarū pmixtio hec est. Recipe pulpe colloquintidos. ʒ. xii. laudani puri. ʒ. x. dragaganti. ʒ. ii. galie. ʒ. iiii. salgemme. ʒ. i. et. ß. confice sic. Dragagantū et galia dissoluantur i aq pluuiali. Laudanū vero dissoluatur in modico olei rosati: deinde misceant oīa: et vltimo conficiantur cum eis colloquintida: et salgēma vltimo puluerizata.

Pillule aūt ad hoc valentes sūt pillule de iera: et pillule de speciebus: et pillule stomatice: quas scripsi i antidotario vniuersalium medicinarum.

Mahomet filius Zacharie. Cōfectō pillularū habentiū virtutē iere: et sūt i nobilitate ei⁹: et vocauit eas cochias: quarū hec ē pmixtio. Recipe pulueris iere. ʒ. xx. colloquintide sterioris. ʒ. vi. et. ß. et in alio pro colloquintida trociscor alandahal. ʒ. iiii. scamonee antiochene cocte in citonio. ʒ. v. sticados turbit an. ʒ. x. Fiant pillule: dosis earum est a. ʒ. ii. vsq ad. ʒ. ii. et. ß.

Galienus. Pillule experte ad sodā frigidā: et mūdificāt caput: et stomachū ab humore flegmatico et putrido: et sūt pillule salue qrū pmixtio hec ē. Recipe aloes boni. ℥. x. colloquintidos sterioris. ʒ. iiii. scamonee cocte i citonio. ʒ. iii. sticados arabici. ʒ. v. salis gēme. ʒ. ii. anisi absinthii an. ʒ. ii. et. ß. turbit boni et electi sublimis. ʒ. xii. fiāt pillule. Et sit dosis ear a. ʒ. i. vsq ad. ii.

Aron. Infusio iere ad sodā antiquā frigidā ex humore grosso flegmatico. Recipe isopi sicci: basce: sucaba radicū feniculi: apii an. ʒ. viii. turbit. ʒ. iiii. et in alio. v. anisi. ʒ. ii. et. ß. sal gēme. ʒ. ii. passularum enucleatar. ʒ. i. Decoquātur i lib. ii. aq vsq ad lib. i. et coletur: deinde pōciat sup ipsaz iere pigre. ʒ. x. turbit boni et sublimis. ʒ. iiii. ponat i vase vitreo: et suspēdat i sole dieb⁹. x. et da huius īfusionis omī die ab. ℥. i. vsq ad. ii.

Filius Serapidis. Infusio de aloe
e mundificans caput: et stomachum
et curans soda. Recipe mirobala-
norum kebulorum: emblicorum. belleric. radicum a
pij: feniculi flor. squinanti: capitis liquiritie an. ʒ.
x. spice masticis. calami aromatici ana. ʒ. x.
ysopi: dauci sucaba: bedegar an. ʒ. v. colloquin
tidos interioris. ʒ. ij. Coquatur in lib. iiij. aque vsque
ad lib. i. et proiciatur super eas aloes sucotrinis. ℥.
ij. et pone in sole sicut diximus. Et est dosis eius
ab. ℥. i. vsque ad. ij. cum dragagantis et masticis
ana. ʒ. s.

Ide modus infusionis iere. valens ad
idem et est fortior. Recipe radicum apij
feniculi schenanti an. ʒ. x. calamenti mõ-
tani: arostologie rotunde: sucaba: et bedegar
an. ʒ. v. mirobalanorum indorum. ʒ. vij. epithimi
creticis. ʒ. v. mastic. ʒ. iij. spice. ʒ. ij. cassie ame-
os: calami aromatici ana. ʒ. iiij. agarici. ʒ. vi.
sticados. ʒ. vij. passule enucleate. ʒ. iij. Coquã
tur i lib. vij. aque vsque ad lib. v. et proiciatur su
per ipsã iere picre. ʒ. i. Et fiat sic diximus. Et
sit dosis eius ab. ℥. i. vsque ad. ij. cum oleo de ker
na. ʒ. iij.

Alexander. Cõfectio pillularum valen-
tium ad diuturnã sodã et emicraneã
et vertigines: et epilepsiã: et artericã: et
educunt humores a profundo mẽbrorum: et soluit
sine molestia: quarum pmixtio hec ẽ. Aloes bo
ni sublimis. ℥. i. colloquintide interioris scamo
nee cocte i citonio: absinthij. bdelij: ameos.
an. ʒ. s. masticis. ʒ. iiij. ãisi. ʒ. ij. euforbij. ʒ. ij. et.
s. baurac: elebori nigri an. ʒ. iij. cum succo cauli
um fac pillulas. Et sit dosis a. ʒ. i. vsque ad. ij.

Pillule nostre cõferũt egritudini ca
pitis: et conferũt sode antique: et solu
tiõe educũt humores pingues et grauces
et custodiunt sanitatem oculi: et curãt reuma
eius. Quarum hec ẽ pmixtio. Recipe colloquintide
turbit an. ʒ. iiij. agarici. ʒ. iij. sticados. ʒ. ij. sca-
mõee. ʒ. iij. et. s. spice squinanti: xilo aloes cas
sie: xilo bal. carpo balsami: asari: rosarum. vio
larũ epithimi: absinthij: cinamomi: croci: ma
sticis: an. ʒ. i. aloes sublimis ad pondus om-
nium. Fac pillulas cũ succo absinthij.

Pillule alie nostre. Valẽt similiter
ad mũdificatiõem stomachi: et capitis
et accipiuntur omni tẽpore. Et dicũt
pillule de mastice. Recipe aloes. ʒ. vij. masti
cis rosarum ana. ʒ. iij. turbit. ʒ. x. fac inde pillu-
las. Dosis earum ẽ a. ʒ. ij. vsque ad. iiij.

Iera nostra. Confert sode a flegma
te fac. et c. Stomachum: et cerebrum
mundificat: epar: et membra nutritiõis con-
fortat. Recipe carpo balsami: xilo balsami:
cassie cinamomi electi: spice: asari: masticis:
cubebe: macis. nucis: muscate: squinanti a-
garici an. ʒ. v. croci. ʒ. iij. aloes sucotrensis:
lib. i. mellis quãtũ sufficit. Dosis eius ẽ a. ʒ. ij.
vsque ad. v.

De soda ex aggregatiõe colere: et flegmatis.

Infusio cõferẽs dolori capitis: cuius
materia ẽ colera: et flegma. et soluẽs
ne educit ea. Recipe pruna. xxx. fu
mi terre. ʒ. viij. absinthij. ʒ. iiij. mirobalanorum
citrinorum: kebulorum: et indorũ ana. ℥. i. tamar i
dorũ. ʒ. xv. agarici: et turbit ana. ʒ. ij. et. s. Co
quãtur i lib. iiij. aque donec redeat ad lib. i. et
mediã. Et accipe ex ea. ℥. viij. et fricet in ea
aloes turbit ana. ʒ. vnius partem. ʒ. i. agarici.
ʒ. i. Deinde coletur: et bibatur donec diminuatur
per totam noctẽ. Sed ãt q sumpserit eam fuerit
debilis illa tria nõ fricẽtur in eo: sed sufficit
tunc ea misceri pulpe cassie fistule. ʒ. x v.

Mali. Modus infusionis aloes. cõ-
ferẽs sode pmixtionis colere: et fle
gmaticis: diuturne. Recipe mirobal
lanorum nigrorum absinthij ana. ʒ. vi. fumi ter
re: bedegar. ana. ℥. i. Coquatur in lib. iiij. aque
vsque ad lib. i. et colatur proice super eam aloes
boni. ʒ. viij. Et pone in vase vitreo: et fiat sic
diximus. Et da vsque ad dies. xij. plus vel mi
nus vsque dũ appareat sanitas. Et dosis eius
ab. ℥. i. vsque ad. ij. efficax et expertum est.

Rufus. Pillularũ confectio. Con
ferentiũ ad sodã antiquam ex humo
re grosso flegmatico: et colerico: qua
rum permixtio ẽ. Recipe mirobalanorum ci
trinorum: et indorum: absinthij: ana. ʒ. iij. anisi: bde-
lij. masticis: an. ʒ. ij. scamõee. ʒ. ij. et. s. et prune
cocte in citonio: trocisco: alandal. ʒ. iij. epi-
thymi. ʒ. ij. aloes boni turbit electi: et cassie an
ʒ. vi. sal gemme. ʒ. i. et. s. Et fac pilulas cũ suc
co endiuie. Dosis earum a. ʒ. i. vsque ad. ij.

Mesue Medinus. Confectio pillularum
sode aggregatiõnis colere: et flegma
tis: et sode proprie stomachice: et con
ferũt stomacho: et mundificant ipsũ: et caput
a superfluitatibus colericis: et flegmaticis. et
mundificant sensus et viscera: et cõferũt sple
ni. Quarum hec est permixtio. Recipe triũ
mirobalanorũ. ʒ. iii. epithimi boni absinthij:
ana: ʒ. ij. et. s. turbit arundinei. ʒ. viij. agarici
scamonee: trocisci: alandhal. ana. ʒ. ij. apij.

anisi:añ.ʒ.i.salis gemme.ʒ.ij.nucis muscate gariofiloꝝ:añ.ʒ.vnius partes duas:iere pigre.ʒ.v.masticis.ʒ.i.z.ß.Cōfice cū succo endiuie:z cū penidiarū.ʒ.ij.Dosis earum a.ʒ.i.vsq̄ ad.iij.

Oribasius. Cōfectio pillularū mūdificantiū caput a colera z flegmate:z cōferētium fode pmixte:z mundificantiū caput:z stomachū:z istrumēta visus:z attrahūt materias vehemēter. Quaꝝ hec ē permixtio. Carpo balsami recentis:aſ sari:masticis absinthij spice:scamonee:cinamomi electi ana.ʒ.ij.croci.ʒ.i.nucis muscate ʒ.ß.turbit boni:z electi.ʒ.iiij.aloes.ʒ.viij.collo quintide interioris.ʒ.vij.Fac pillulas. Dosis earum ē a.ʒ.i.vsq̄ ad.ij.

Galienus. Cōfectio pillulaꝝ cochiarum cōferentiū fode pmixte:z mūdificantiū stomachū:z caput:z instrumenta visus. Recipe aloes scamonee cocte in citonio:colloquintide:iterioris albe:z leuis masticis:absinthij romani:añ partes equales Confice cū expressione salatri:aut endiuie. Et dosis earū e a.ʒ.i.vsq̄ ad.i.z.ß.

Pillule alie experte valētes simili: mūdificant caput z stomachū:z confortāt ea. Recipe aloes bōi z electi ʒ.v.masticis.ʒ.iij.rose sicce.ʒ.i.Dosis earuꝫ ē a.ʒ.ij.vsq̄ ad aureos.ij.

Alie valētes simili. Recipe aloes.ʒ vi.mirobalanoꝝ citrinorum.ʒ.iiij. masticis.ʒ.iij rosaꝝ.ʒ.ij.croci.ʒ.i.

De sod. i frigida ab humore melācolico.

Laboꝛ heben girges. Cōfectio pillularū indarū cōferentiū fode:cui materia ē melancolica: difficilis eradicationis z cōferētiū manie:z melācolie:z epilepsie:z lepre:z morphee nigre:z vlceribus nigris. Quarū hec ē pmixtio Iere pigre.ʒ.x.epithymi:agarici:polipodij:sticados ana.ʒ.vij.mirobalanoꝝ nigroꝝ:colloquītide iterioris:añ.ʒ.iiij.ellebori nigri:salis idē añ.ʒ.ij.z.ß.lapidis laçuli.ʒ.iij.Fac pillulas:da.ʒ.i.z.ß.vsq̄ ad.ij.cū aqua casei ifusionis epithymi:z passularū enucleatarū:z parū salgēme Sunt enim mirabiles. Sūt n. ex posterioribus qui addiderūt in pmixtione earū: gariofiloꝝ:anisi:spice.ʒ.i.z.ß.

Decoctio de epithymo cōferēs fode melācolice:z speciebus melācolie:z manie:z lepre:z morphee nigre:z cācro z fistule nigre. Recipe epithymi:sticados:mirobalanoꝝ nigroꝝ:añ.℥.i.kebulorū:emblicoꝝ:bellericorum:turbit:eupatorij:agarici:añ.ʒ.v.polipodij:sene:añ.ʒ.vi.fumi terre:florū squināti:añ.ʒ.iij.corticuꝫ ellebori nigri.ʒ.ij.salis gēme.ʒ.ij.z.ß.passularuꝫ enucleatarū.℥.i.z.ß. Omnia pter epithymū bulliant in lib.iiij.aque vsq̄ ad.ij.deinde bulliat epithymū i eo ebullitiōe vna modica Deinde coles z pcias i ea iere pigre.℥.i.z fiat sicut diximus. Dosis ē ab.℥.i.vsq̄ ad.ij.

Hamech filius Zeçar. Modus infusionis cōferēs fode.cuius materia ē humor adustus:aut melācolicus:z ē sublime ad illud:z ad maniā:z melancoliam z epilepsiam:z vertiginem:z leprā:z cancrū z scabiem:z ipetiginem. Cuius hec est pmixtio. Recipe mirobalanoꝝ:nigroꝝ:kebulorum ana.ʒ.viij.epithymi.i.reubarbari añ.℥.i.radicum buglosse domestice:z sylvestris z floꝝ earum.añ.ʒ.iiij.absinthij.ʒ.iij.fumi terre.ʒ.v.polipodij:agarici:sticados:camedreos:camepitheos:añ.ʒ.iiij.liquiritie.ʒ.v. sene.ʒ.vij.passularū enucleataruꝫ.℥.i. Bulliant omnia preter epithymum i.v.lib.aque vsq̄ ad lib.i. Ultimo vero ponatur epithymum. Deinde collectū:z pciatur in ea cōfectionis Hamech sēbe.℥.ij.z ponat in vase vitreo diebus.vi. Et da ex eo ab.℥.i.vsq̄ ad i.z.ß. Est enim mirabile.

Hesui iuhe. Sirupus pferens ad ea que diximus z nobilis:z expertum: z confert quartane:z opilatōni splenis:z omni egritudini que est de melancolia Recipe capilloꝝ veneris radicum buglosse domestice:z sylvestris:z floꝝ earum.polipodij:añ.℥.i.epithymi.℥.i.folioꝝ sene camomille sticados:añ.ʒ.vij.camedreos squināti elebori nigri ana.ʒ.iij.fumi terre.ʒ.viij.eupatorij.ʒ.iiij.succi pomoꝝ dulciuꝫ.℥.viij: Omnia preter epithymum:z succū pomoꝝ bulliant in lib.iiij.aque vsq̄ ad lib.ij. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum:z coles:z cū succo pomoꝝ z zuccari lib.ij.fiat sirupus. Dosis ē a.ʒ.x.vsq̄ ad.xxx.z ē sublime.

Alexander. Pillule de lapide Armeno. Conferunt fode melācolice:z educunt cum facilitate humorem melancolicum:z cōferūt egritudinibus melancolicis:sicut ē mania:melancolia:z cācer z lepra. Recipe Iere:pigre:epithymi:agarici:lapidis armeni loti:z preparati ana.ʒ.iiij. scamonee.ʒ.v.z propie cocte i pomo gariofilis.ʒ.i. Fac pillulas cum aqua rosata. Dosis.ʒ.i.

HAlienus. Canon ẽ qđ cura huius sode non ẽ expoliẽda ab vno: trium regiminum: ⁊ similiter omniũ egritudinum melancolicarũ. Primum ẽ regimen humectatiuũ: ⁊ impinguatiuum: preter hoc qđ facit cadere in opillationes: ⁊ hoc iđ vt lenificetur: ⁊ habilitetur corpus humoris vt recipiat equalitatem digestionis in toto. Et hoc regimen ẽ necessarium ĩ principio: ⁊ in medio: ⁊ in fine: ⁊ ante secũdum regimẽ quod dicemus ⁊ post: vt nõ cadat in corpus humoris: vt resoluat subtile: ⁊ remaneat qđ ẽ grossum: ⁊ accidat residuo ipsius lapideitatis. Secundũ regimen ẽ regimen resolutiuum faciens resolutionem cũ mediocritate. ⁊ propter eius quod habilitatum est: vt fiat illud. Et hec duo regimina oportet: vt sibi inuicẽ semp succedant: secũdum hoc enim cadet digestio equaliter ĩ materiã: ⁊ equaliter resoluet. Tertium regimen ẽ regimẽ euacuatiuum: in quo tria considerabilia subdẽtur. Unum vt non semel: ⁊ multam: ⁊ subitã faciamus: euacuationem: sed p̃ interualla habentẽ tẽperiem vt natura euacuationẽ non euacuatio naturam regulet subita enim: ⁊ violenta euacuatione vix natura regulariter: operatur sicut impetus flamme: que subito agit in subtile. ⁊ pretergreditur grossum. Opus vero moderati caloris ẽ equaliter in vtranq̃ p̃tem rei elixabilis: ⁊ assabilis agere. Secũdum considerabile est: vt euacuatiuum sit cõmensuratum non excedens mediocritatem: sed sit extensio eleuationis eius nõ recedens a gradu medicinarũ incolumium: quas te scire fecimus in libro rectificationum earũ. Tertiũ est vt non expolientur solutiua a rebus lenificatiuis ⁊ humectatiuis. Hoc ẽ enim quod operationem beatificat. Adhuc autem canon est: vt in hoc triplici regimine ꝯforetur cor eum rebus cordialibus generantibus in eo mineram gaudij: ⁊ tu elige eas ex simplicibus ⁊ compositis: quarũ traditio est apud te: ⁊ cum administratiõe omniũ que ad rem gaudij pertinent hic enim ẽ thesaurus cuř.

De cura sode a permixtione colere nigre: ⁊ flegmatis.

Ualens. Modus pillulaꝝ cõferentiũ sode a flegmate: ⁊ melancolie. Recipe mirobalanorũ: kebuloꝝ indorũ: bellericorũ salis indi ana. ʒ. iij. turbit epithymi añ. ℥. i. ⁊. ʒ. ellebori nigri: pulpe: colloquintidos: ana. ʒ. iiij. iere pigre: ʒ. x. agarici. ʒ. vi. sticados. ʒ. iiij. absinthij. ʒ. ij. Dosis earum a. ʒ. i. vsq̃ ad. ij. ⁊ sunt sublimes.

Confectio pillularũ stomaticharuꝫ solutione educentium flegmata: ⁊ vtranq̃ coleram: ⁊ ꝯfert sode stomatiche facte ab eis: quaꝝ permixtio est hec. Recipe iere pigre: turbit ana. ʒ. xij. mirobalanorũ citrinorum kebulorũ indorũ ana. ʒ. v agarici. ʒ. iiij. salis gemme sticados: anisi: ana. ʒ. ij. epithymi. ʒ. iij. scamonee. ʒ. ij. ⁊. ʒ. Fac pillulas cũ succo scoriale. Dosis a. ʒ. i. ⁊. ʒ. vsq̃ ad. ij. et. ʒ.

Andromachus. Iera conferẽs egritudini capitis a flegmate ⁊ melancolia: ⁊ ꝯfert iuuamentũ manifestum apoplexie ⁊ epilepsie: et paralisi: ⁊ torture ⁊ mollificationi: ⁊ initio aque: cuius permixtio: Recipe succi absinthij. ℥. i. iere pigre. ℥. ʒ. turbit. ʒ. viij. colloquintide interioris. ʒ. iii. sq̃lle assate. ʒ. iij. agarici: sticados: polli dodij: et epithymi: ana. ʒ. ʒ. ellebori nigri: piretri: piperis albi: ⁊ longi: ꝫinziberis squinanti: camedrios ana. ʒ. iij. ⁊. ʒ. cardamomi: macis: nigelle: aristologie: castorei añ. ʒ. iij. euforbij. ʒ. ij. et. ʒ. croci: petrosilini: cinamomi: spice: poly añ ʒ. ij. absinthij. ʒ. iiij. albarũ penidiarum. ℥. iij. mellis despumati quantũ sufficit. Dosis ei⁹ ẽ a. ʒ. iij. vsq̃ ad. v. cum aqua calei.

De soda ex percussione.

Soda propter pcussionem filius Serapionis. Si supra pcussionẽ ĩ capite nullũ preterit tẽpus. administram⁹ ĩ principio q̃ repellant: ⁊ nõ permittãt materiã: reumatiçãtẽ ad locũ recipi: ⁊ figi in ipso sicut recte administrãt frigida stiptica cũ acetis et expssionib⁹ factis: sicut ẽ ramic pp̃le cũ aq̃ frigida multe frigiditatis ⁊ cõprime vehementer sup locũ. Et ex eis sũt rose. ⁊ sandali: et fausel. ⁊ sief memite: ⁊ acacia: ⁊ bolus armenus: ⁊ chimolea: ⁊ lens nõ excorticata: ⁊ linum: singularis ⁊ ꝯiunctũ qñ miscẽtur cũ aq̃ solatri: aut virge pastoris: aut plantaginis: aut coriãdri: humidi: aut cũ omnib⁹: aut cũ aq̃ rosata: ⁊ ĩfrigident ĩ niue: aut cũ expssione portulace. Si ãt post pcussionẽ preterit tẽpus: ⁊ materia iã reumatiçauit aut ⁊ collecta ẽ: medicamẽ resolutiuũ apponẽdũ ẽ: sic ex camomilla: mellilotto: fenugreco: radice altee ⁊ similib⁹. Si ãt nõ resoluit: curat sicut dicemus ĩ tractatu apostematũ: At vero ⁊ si reumatiçauit materia: ⁊ adhuc reumatiçat: ⁊ parti collecta ẽ: ⁊ partim colligenda vtraq̃ cura ĩdigꝫ. scilicꝫ ⁊ q̃ repellat reuma

tigandū: τ q̄ resoluat collectū τ reumatigatū
Sint satis h̄ de curis soda q̄ diximus τ sufficit
possunt eis quos deus excellentissimus sanare
voluerit illo cōcedente

De emicranea.

Emicranea egritudo ē de genere ve
hementiū doloꝝ ppterea qn̄q̄ indiget
curatōe: qn̄q̄ blandimēto τ cura ei⁹
īdiget obseruatōe regiminū: sicut in soda dixi
mus. Qua ppter oportet vt capitula illi⁹ ca
nonis: hic et afferātur ī calida scilicet τ frigida
Cura aūt blādiēs ē cura nō vera: τ ē stupefa
ctre apud vehemētē doloꝛē ipsius τ pulsatio
nē. Nos aūt sanitatis largitoꝛē poscim⁹ in p
missis: vt de sui largitate ipam egētī τ sperāti
annuat: q̄ sit bn̄dict⁹. Afferam⁹ aūt ad locum
hūc ex medicinis ibi memoratis: q̄s possumus
hr̄e cōmunitatē iuuaminū in oīb⁹ egritudi
nib⁹ capitis. Et ponim⁹ ex medicinis hic q̄s
dā: q̄s qdē pprias emicraneas eē experiūtur.

De emicranea calida:

Et si peccatū ē ex pte sanguinis flo
botomiā pferre diximus. Si vero ex
pte colere euacuabim⁹ eā: postq̄ di
gesserim⁹ vtrāq̄ partē ei⁹: τ hoc cū auxilio
medicinaꝝ. quaꝝ pprietas ē hec facere: Et ex
eis ē aqua fructuū τ īfusio mirobalanoꝝ. et
īfusio aloes ī aq̄ endiuie quā diximus: τ alia
quoꝝ fit memoratō pcessit τ dāda ē iera cū sca
monee.

Alexāder. Cōfectio trocisco ꝝ: q̄bus
fit linimētū ad emicraneā colericam
vehemētē τ pulsatiuā. Recipe alumi
nis. ʒ. xvi. croci. ʒ. xii. colcothar. ʒ. x. myrre. ʒ.
iii. omfacij. ʒ. ii. calcadis. ʒ. ii. gūmi arabici. ʒ.
iii. Fac trociscos cū vino forti aut aceto. Et
cū necesse fuerit soluatur vn⁹ cū aceto pmixto
τ liniatur sup locū doloris τ strigatur sup ipsū
cū ligamīe: vt sedetur pulsatō. Et qn̄q̄ apud
necessitatē ponitur aliquātulum opij.

Democryt⁹. Linimētū bonū ad emi
craneā calidā. Recipe ex fece attra
menti siccatē: dissolue eā pterēdo cū aceto mit
te fortitudis cū octaua pte ipsi⁹ opij egypti
aci: τ laboret multū ī ptritōe ipsius: sic per
diem. i. τ liniatur ex eo super tempoꝛa τ stri
gatur super ipsum. Est enim expertum.

Archigenes. Linimētū ad emicrane
ā calidā pulsatiuā expertū τ ad sodā
vehemētē. Recipe succi agreste myr
re aā ptē. i. fecis encausti scriptoꝝ ptes. ii. a
luminis iameni: croci aā ptē. i. τ quartā. Cō
fice terēdo cū aceto vini ptritione mixta: τ li
niatur ex eo sup tēpoꝛa τ stringatur sup ipsū

Filius Zacharie. Si stomach⁹ ē cuz
eā: dāda ē p⁹ mūdificationem īfusio
coriādri. τ psilij cū zuccaro: τ ī matu
tinis τ assiduetur illō qd̄ pfert si deus voluerit

Idē. Caputpurgiū fiat ex lacte mu
lieris: cū modico cāphore: τ si neces
sitas vocat adde mīmē opij quātū ē
cāphora. Et distilla ex eis ī aurē τ nasū que
sequitur morbū deinde stilla oleum violatū post
horam cum lacte mulieris.

Ex embrocis τ alijs sup hec eligēda
sunt τ afferēda ad istū locū ea q̄ cō
gruāt τ quaꝝ pprie pcessit rememo
ratio. Sed adhuc locum ex eis aliqua refe
rentur que diximus in soda frigida.

De emicranea frigida.

Hermes. Linimētū ad emicraneā fri
gidā cronicam. Recipe succi rute a
grestis: succi affodili: aā. ℥. iii. casto
rei: euforbij: pirētri: ana. ʒ. vi. piperis: sinapis
staphisagrie: calamēti: zinziberis: ana. ʒ. iii.
croci. ʒ. iii. Fiāt ex eis trocisci: τ cū necessitas
vrget: ex eis dissoluatur vn⁹ ī aceto multe foꝛ
titudinis: τ liniatur sup locū: τ stringatur cū pi
la. Est. n. efficax: τ eo vtendū ē: qn̄ iā oīa nō
pulerit: q̄n ē forte. Et qn̄q̄ cū lib. i. olei τ vi
ni. lib. s. τ cere. ℥. iii. Bulliant oīa vsq̄ ad vi
ni psumptionem: deinde colantur τ fit idē
vnguentum mirabile.

Democrytus. Medicamē magnū
pferēs emicranee difficili: τ cronice
q̄ difficile sepatur τ nō ē qd̄ pferat sicut
ind. Recipe ex ēplastro sinapismo circitē lib.
ii. τ cōmisce cū eo fellē. ℥. s. costi: radicū cap
paris: euforbij. aā. ʒ. iii. oīa trita cū aceto: aut
vino odorifero: q̄ntū sufficit aggregabis τ em
plastra super locū q̄m ē vltimū.

Hypocrates. Granorū lauri ptē. i.
olibani ptē. s. Misce oīa cū aq̄ p⁹ ip
sorū trituratōem: τ lines sup locum

Rhasius. Granorū lauri: foliorū
rute: ana ptē. i. sinapis ptē. s. aggre
gētur cū aqua: τ administrentur.

Alexāder. Si ē emicranea a cōmuni
tate stomachi: vomit⁹ pnocidus ē:
cū oximelle et pipere: aut oximelle
τ porris: aut oximelle τ rafano nutrito cū elle
boro nigro. Deinde p⁹ vomitū detur diacito
nitē: aut citonia cū pipere: τ zinzibere ppi
nato tamen ante vomitum per triduū apoꝛ
zima te apiꝛ ysopi τ dauci: et similium et in
oximelle.

Idem caputpurgiũ: quo frequẽter
vsus sũ ad emicraneã difficilẽ ex
humore frigido. Recipe eufoꝛbij ca
storei: añ partes equales. Fiat ex eis sief. et
apud necessitatẽ fricet cũ vno eorum sup co
tem cũ aqua calida: aut oleo costino: aut nar
dino. Et distillet ex eo in narem: et aurem q̃
ex pte doloris ẽ. Deinde balneet: et cõseque
ter adhuc ex medicamĩe distillet: et hoc vi
cissitudo. n. emicranea soluet si de^9 voluerit.

Alexãder. Linimẽtum: quo nullum
maius ad diuturnã: et difficilem emi
craneam inuenitur. Recipe eufoꝛbij:
vitreoli añ. ʒ. iiij. myrre pure: trociscoꝝ croci
magnetis: croci: piperis: al. añ. ʒ. iij. Terat ola
et cõfice cum aceto: sic conterẽdo cõtritione
multa vsq̧ dũ fiat sicut mel. Et linies ex eo
totum tẽpus: et dimitte vsq̧ dũ desiccet. Et
iterum scdo: et tertio inunge. Deinde lauet:
et singulis dieb^9 sine intermissione faciat vsq̧
dum appareat sanitas. si deus voluerit.

Aliud eiusdẽ. Olei de sabina lib. i.
cere. ℥. iij. eufoꝛbij. ʒ. i. Fiat ex eis
vnguẽtum: et ex eo mediã pte capit
inũge: et frõtis anteq̃ lauet in balneo deide
lauetur et fiat hoc singulis diebus: quia sana
bitur si deus voluerit.

Galienus. Non ẽ narcoticoꝝ vsus
vehemẽtia administratõnes ad egri
tudines capitis ꝓpter passibilitatẽ
cerebri. Sed i vehemẽtia necessitatis: qñ do
lor fit vehemẽs: et amentẽ reddit: aut ad sin
copim perducit. Cõuertimus regimẽ ad ad
ministrãdum ea cum timore: et cautela post
fractionem caliditatis excellentie eorũ: et melius
ẽ administrari i emplastris quã in potibus:
deinde i caputpurgiis. Et tu elige: que volu
eris ex eis: que diximus.

De scothomia: et vertigine:

Cura huius egritudinis ẽ quinq̧ res.
Prima abscindit materiã. Secũda
puertit regimẽ ad mẽbrũ mandans
si ẽ aliquod mãdãs: et rectificat illud. Tertia cõ
uertit regimẽ i administratione cibi: et pot^9 dũ
cẽnit ad equalitatem. Quarta cõfortat cere
brũ et caput totũ: vt nõ recipiat: qđ mãdatur
Quinta ꝯuertit vapores et fumos ad oppo
sitũ et diuersũ: et illud fit cũ fricationibus ex
tremitatũ: et cõstrictiõe dolorosa: et vẽtosatiõe
i eis: et spatulis: et omni qđ attrahit ad diuer
sum: et cũ clisteribus: et suppositoriis et similib^9

De scotomia: et vertigine calida.

Si sanguis quidẽ in cã fuerit ex abũ
dantia eius in toto corpore: primo
de basilica minuimus: aut de vena
media. Et postea si necessitas vrgeret ceph
alicam minuimus. Hoc. n. ẽ pceptum Hypo
cratis: et si adhuc pseuerauerit egritudo fle
botomabis venã nõ pulsatilẽ: que ẽ post au
rem ex vna pte: vel ambabus si necesse fue
rit. Scarificatio ẽt cartillaginum aurium ẽ
multũ ꝯferẽs. Et cõpetit etiam in hac specie vẽ
tosatio crurum. Si aũt sanguinis abundantia
in capite solo apparuerit: de cephalica minui
mus sola: et venis q̃ sũt post aures. Scarifi
catio ẽt auris vtilis ẽ: et appositio sanguisu
garum i naribus: et appositio ventosarum in
nuca: et spatulis: et collo. Et cõdimentum spe
ciei eius cõfert emoroidarũ ꝓuocatio: et in
mulieribus menstruorũ. Et sint cibi eorũ san
guinis feruorẽ extinguentes: et cõgelantes a
cetosi. Et confert eis administratio psillij cõ
quassati cũ aqua: et zuccaro i matutinis eiu
nii die: aut infusio coriandri: et confert oleũ ro
satum: et acetum cõquassata: et infrigidata in
niue: et effusa super caput: et olfact^9 eoꝝ: et ro
sarũ: et sãdaloꝝ: et fausel: et õne regimen exsi
ccatiuum:

De scotomia et vertigine colerica.

Curat eũ medicinis quas in scda
calida diximus: et cũ eccõde mirobal
laneoꝝ: et infusiõe aloes: et aliis: et cũ
regimine ciboꝝ extinguentium: et cũ vomitu
et cum sirupo acetoso. Si ẽ a stomacho ẽ im
munitate et cum aloe: et cũ clisteribus: et tali
bus: et cõferũt ei iera: et coliria:

De flegmatica scothomia.

Curat sicut scda flegmatica cũ pil
lulis cochijs: et i fusionib^9 de iera: et
aloe: et si ẽ a stomacho cũ vomitu cũ
oximelle: et pipere: aut cũ rafano: aut cũ sina
pi: et cũ clisteribus: et talibus et confert ei iera
logodion iuuamentum manifestum: et iera
Archigenis et theodoricon: et iera Galieni.

Albuhabam. Confectio de sticados
cuius iuuamẽtũ ẽ sublime ad verti
ginem cui^9 materia ẽ flegma et cole
ra: cuius pmixtiõ hec ẽ. Recipe iere pigre. ʒ.
x. agarici: epithimi: añ. ʒ. iiij. mirobalanoꝝ
kebuloꝝ: indoꝝ: emblicoꝝ: bellericoꝝ: sticados: añ
ʒ. iiij. salis indi. ʒ. ij. Cõfice cũ sccaniabin: et sit
dosis a. ʒ. ij. vsq̧ ad. iiij. cũ aq̃ calida i ieiunio.

De v̄tigie melācolica aut flegmatica vētosa

Vertigo āt melācolica: aut flegmatica: curatur sicut soda facta ab illis: Et vertigines que fiunt a pmixtiōibus siliter. Et vertigo q̄ fit a vapore fetido. Curatio ē cū administratiōe redolentiū calidoꝝ: aut frigidoꝝ: sicut necessitas inuitat.

De vigilia ꝛ sabara.

Si a materia est curetur qualiscunq̄ sit: sicut in speciebus sode diximus: ꝛ cum emplastris: ꝛ linimentis: ꝛ embrocis: ꝛ caputpurgiis ꝛ aliis.

Diascorides terātur seminū papaueris. ℥. ij. aut ex corticibus ꝛ seminibus ℥. i. ꝛ īfundātur super ipsū aque fōtiū lib. v. deinde post horas. vi. aut. viij. mulgantur ex eis. aqua: ꝛ ꝓpinetur ī sero cū zucaro: ꝛ facit sōnum saporis bonum: ꝛ q̄n̄q̄ semen papaueris: ꝛ cortex ponuntur in sorbitionibus ꝛ conferunt.

Ali. Suffumigiū expertum ad sōnum īducendū. Recipe corticum papaueris recentiū anni sui. ℥. xx. torō semi. ℥. viij. semis aneti: anisi añ. ℥. vi. mastic. ℥. ij. Puluerizētur ꝛ cribellēt p pannū ō seta cruda: ꝛ misceant cū eis penidiarū quātū ē totū: Et sit dosis eius pueris a. ℥. i. vsq̄ ad ij. Iuuenib' vero a. ℥. v. vsq̄ ad. vi. est enim mirabile.

Andromach'. Suffumigiū sedās vigilias ꝛ īsomnietatē ꝛ ē expertū. Recipe corticū papaueris recētiū anni sui. ℥. v. seminis lactuce: aneti: granoꝝ solatri añ. ℥. iij. opij karat. i. Terē omnia sicut alcohol. Et da ex eo a. ℥. ij. vsq̄ ad. v.

Mahomet. Cōfectio trociscoꝝ expertoꝝ ad sabara cū febre ꝛ acuitate ꝛ sedat alienationem: ꝛ febrē ꝛ aufert sitim vehemētē. Recipe seminis lactuce: portulace: papaueris: seīis cucurbite citrulli: excorticati: añ. ℥. v. succi liquiricie: amili: dragaganti: opij: añ. ℥. i. ꝛ. ʒ. Terātur oīa sicut alcohol: ꝛ fac trociscos cum mucilagine psilij. Et sit dosis eius a. ℥. ij. vsq̄ ad. iiij. cū aq̄ frigida: ꝛ quando necessitas ē maior: da cū aqua coriandri humidi: aut lactuce: aut citruli: aut cucurbite: aut similium.

Iudeus. Trocisci simile valentes. Recipe insquiami lactuce: seminis papaueris añ. Fac trociscos cū succo lactuce. da. ℥. i. vel. ij. cū aqua frigida.

Diascorides. Opiū cū oleo suppone somnum facit: ꝛ propriie supposi-

tum cum licinio: sed ē timorosum: ꝛ propter hoc oportet vt preparet' q̄ possit extrahi: qn̄ vis anq̄ā noceat: ꝛ similit' ex papauero nigro.

Democritus. Embroca cōferens ad sabarā: ꝛ dolorē capitis ex eadē causa. Recipe folioꝝ algabanam: et capitis papaueris: ꝛ foliorū apij: ꝛ mente: et sēīis lactuce: ꝛ iusquiami añ ptes equales. Decoque in aq̄ vsq̄ ad cōsumptionē tertie partis ipsius: ꝛ ex ea fundatur sup caput: ꝛ embrocet' cū ea: deinde liget' caput: ꝛ cooperiatur pannis expertum ē. Et si ex eisdem fiat emplastrum confert mirabiliter.

Ysaac. Embroca curās. insōnietatē ꝛ sabaram a causa frigida. Recipe florum camomille: mellilotī: aneti: corticū radicū mādragore sansuci. añ. Fac sicut diximus ꝛ embrocetur cum eo.

Si a caliditate: ꝛ acuitate fuerit isōnietas embrocetur caput cū aqua vbi papauer semen: lactuce: viole: rose: nenufar: folia salicū ordeum excorticatū iusquiami semē ꝛ portulace cocte fuerit.

Emplastrū ꝯferēs sabare folia portulace: lactuce: rasura cucurbite: lenticula aque: semperuiua aggregentur cū mucillagine: psilij: ꝛ oleo de mādragora: ꝛ in frigidatū capiti super ponatur: curat enim si deus voluerit.

Filius. Serapionis. Linimentū cōferens sabare. Recipe croci. ℥. vij. opij. ℥. ʒ. cassie. ℥. ij. Dissoluāt' ī oleo mādragore vel rosarum ꝛ fiat linimētū ex eis quia sanat si deus voluerit.

Aliud nostrū. Recipe succi lactuce: portulace: semperuiue: herbe: ꝛ iusquiami: solatri: añ ptes. ij. farine fabarū: ꝛ ordei: añ. ptem. ʒ. opij circit' partē q̄rtā olei mādragorati: ꝛ rosati añ ptes. ij. mucillaginis psilij ptes tres. Coquāt' oīa simul vsq̄ dum fiāt: sicut pulmētāre: dimittāt' ī frigidari. ꝛ p' q̄ caput ēbrocatū fuerit supponat' expertum est.

Filius Zecar. Oleū somniferū mirabilit' expertū. Recipe opij. ℥. x. seminis lactuce. ℥. viij. iusquiami: ꝛ mādragore: añ. ℥. v. corticū papaueris. ℥. xij. Terant' ꝯtritiōe grossa ꝛ ponēe super eis aque expressionis mādragore: aut cortōis ei' lib. i. aque decoctiōis capitū papaueris lib. i. olei sisamini lib. i. Coquāt' ī vase duplici vsq̄ ad ꝯsūptiōē succoꝝ: ꝛ ex eo frōtē ꝛ sīcipur vngē: ꝛ si ex eo caputpurgiū fecēis ꝯfert: ꝛ silr

siue ex eo in nares inieceris: est enim expertū.
Ex caputpurgiis plura ī soda dicta sunt. Et tu ex illis elige ꝑm quod exigit dispositio. ¶ Et ex eis ē illud qḋ fit cum oleo mandragore quādo distillat̄ ex eo in nasū cum emulsione lactis. Et fit similiter ex oleo nenufarino ⁊ rosato ⁊ violato ⁊ quandoq̄ distillantur in aurem: ⁊ conferunt ⁊ quandoq̄ additur eis opiū sicut granū ordei: ⁊ quādoq̄ cū oleo ḋ papauere: aut ḋ lactuca.

Gabriel. Caputpurgiū conferens saphare. Accipe opij croci corticū papaueris: castorei añ. fiant colliria: ⁊ dissoluātur in oleo rosato: ⁊ distillentur ex eis in nares: quoniam est expertum.

Idem caputpurgium: si fuerit causa frigida fiat cum oleo ḋ croco: ⁊ anetⁱ ⁊ camomille: ⁊ si oportet cum modico opij ⁊ croci cum eis.

Gabriel. Suffumigium conferēs saphare. Accipe rosarū violarū: foliorum salicū añ. ℥. i. sandali. macagiri. ℥. s. floꝝ nenufaris. ʒ. iij. corticū papaueris. ʒ. vij ponātur ī ampula vitrea: ⁊ impleatur deinde aq̄ rosata: ⁊ obturetur orificium eius: deinde bulliat super cinere calido vsq̄ ad ↄsūptiōez tertie ptis ipsi⁹. Post hoc deobturet̄ orificium vasis: ⁊ paciens inde fumum recipiat: inducit enim somnum.

Aliud eiusdem satis efficax. floꝝ camomille: florum aneti añ. ℥. ii. melliloti. ʒ. viij. corticū mādragore: cassie: lignanti: añ. ʒ. iij. corticum papaueris. ʒ. viij. ligni aloes boni. ʒ. ij. ⁊. s. Fiat sicut diximus: ē enim expertum.

De frenesi.

Cura hui⁹ egritudinis si iā īpressit cas sa ē. Si ūt adhuc sit ꝑparamētū: vt ꝑhibeat: sed adhuc nō īpressit curat: sed nō apud negligētes ⁊ stolidos. Et cura ipsius sūt quinq̄ res. ¶ Prima subtrahit materiā: ⁊ abscindit eā. ¶ Secūda cōuertit vaporosū eius ad diuersū: ⁊ oppositum. Tertia ↄuertit regimē ad ↄfortādū caput: vt nō recipiat: qḋ ad ipsū trāsmittit̄ de vaporibus: ⁊ extinguat audaciā acuitatis eoꝝ. Quarta ↄuertit regimē ad ea p q̄ possit fieri tēperies: ⁊ adeq̄tio ex eis que dicā. ¶ Quinta ↄuertit regimē ad sedationē accidentium. ¶ Tres āt ex eis sūt ꝑncipales: ⁊ respiciūt causā: ⁊ sūt de necessitate cure. Due aūt posteriores ꝑparāt ⁊ adiuuāt. Et vna pōit regimen ī dieta. Et alia sedat accidentia praua.

¶ Distīguēdū āt ē ī his rebus hoc modo. Primā cōplet flobothomia: vbi necessaria fuerit: ⁊ medicamē solutionis qn̄ oportunuꝫ fuerit: ⁊ administratio clisterioꝝ lenium non trāsgredientiū lenitatis gradū: vel mediciꝫ trāsgredientiū: ⁊ ut nō fiat incitatio. ¶ Secūdam rem ↄplent fricatiōes extremitatū: ⁊ ligatiōes ↄpressiue dolorose ī eis: ⁊ effusiōes aq̄ calide ī eis añ fricationē: ⁊ post ⁊ ventose posite ī tibijs ⁊ brachijs ⁊ scarificationes in auribus: ⁊ sanguisuge ī naribus: ⁊ sternutatoria: ⁊ gargarismata: ⁊ prouocatio emoroidarū: ⁊ ī muliere sanguinea mēstruorum. Tertiā rem complent linimenta ⁊ ēplastra: repercussiua ↄsiderata: sicut diximus in soda: ⁊ canone ibi dicta. ¶ Quartā rem cōplet administratio potuum: ⁊ ciboꝝ sedātiū īflāmationē: ⁊ aeris puri tēperati: ⁊ deu⁹ eius a fornis: ⁊ lucididate ī qua sternāt̄ redolentia frigida: ⁊ ī qua sit fragor ramoꝝ redolentium frigidoꝝ: ⁊ cū tenui murmure fluxus aquaꝝ frigidaꝝ ⁊ omni q̄ete ⁊ administratione gaudij lenis: ⁊ sonitus organoꝝ tenuis. Quintā rē ↄplet administratio medicinarū somniferaꝝ ⁊ sedatiuaꝝ: ⁊ facietas amicoꝝ qui ꝓhibeāt: ⁊ vincāt agitationē eius: ⁊ sint fideles ī administratiōe eorum que inducūtur ab artifice: ⁊ prudentes coerceant permixtionem ipsius aut saltem mulceant.

De frenesi sanguinea.

In ꝑmis si nihil fuerit: qḋ prohibeat flobothomet̄ cephalica: ⁊ deinde flobotoma vēas frōtis: vel sāguisuges applica eis: aut ī naribus ⁊ si ē quod ꝓhibeat saltē ex venis frōtis: aut nariū sāguīs fiat extractio. Et scito q̄ ē vtil: Et oī spēi frenesis ↄfert emoroidaꝝ ꝓuocatio similiter auriū scarificatio.

¶ De frenesi colerica.

Frenesis colerica medicina soluta īdiget: sicᵗ ē aq̄ fructuū: ⁊ sirup⁹ violat⁹: ⁊ rosat⁹: ⁊ diasiracosti: ⁊ alia q̄ diximus ī soda. Linimēta in ꝑncipio rei valia sunt ex oleo rosato: ⁊ aceto ↄquassatis ⁊ alia q̄ diximus: ⁊ ēplastra: ⁊ caputpurgia: ⁊ suffūgia: ⁊ tu elige ea ī capitulo de soda. Et si vigilias patit̄ affer ad locū hūc q̄ diximus ī sahara: ⁊ alienet eis cibaria grossa: ⁊ aquā frigidā da. Et scito q̄ ī sāguīea īdiget flobotē pl⁹ ⁊ extiōe min⁹. Et in colerica eꝫ. Hoc enim studio sanabitur si deus voluerit.

¶ De litargia: ⁊ est sirsen frigidum

Cura huius egritudinis sunt .v. res: quas nominauimus in frenesi: sed aliter et aliter accepte. Prima est occupari ad subtractionē materiei cū clisteribus fortibus ⁊ acutis: ⁊ cum vomitu ⁊ iterū cū ventris solutione. Secunda ē cōuertere materiā ad oppositū. aut diuersū: ⁊ deriuare de parte ī partem. ⁊ hoc quidem completur cū fricationibus extremitatū ⁊ cō pressiōe dolorosa in eis facta ⁊ ligaturis fortibus: ⁊ effusione aque calide in eis ⁊ ventosatione: sine scarificatiōe: q̄ procedat descendendo: sicut verbi gratia incipiendo a nuca. ⁊ collo subdescendendo ad spatulas: ⁊ brachia: ⁊ crura: et ē res efficax. Completur etiā secūda res cū sternutatorijs ⁊ gargarismatibus ⁊ scarificatione auriū: ⁊ prouocatione emoroidarū ⁊ mēstruorū. Tertia res conuertit regimen ad hoc vt repellatur materia que trāsmittitur ad caput: aut resoluatur transmissa. Et cōpletur ī principio rei cum medicinis repercussiuis: sicut est oleum rosatum proprie. Conquassatum cum aceto: ⁊ cōpletur in processu rei cum repercussiuis ī parte. ⁊ in parte resolutiuis: sicut qui recte oleo rosato ⁊ aceto misceri docuit castoreum conquassatum cū eis: ⁊ superpositum: ⁊ adhuc re multū procedente cum resolutiuis tantū: sicut loquemur post. Quarta res est regimen in dieta: ⁊ aliis exterioribus ⁊ completur cibis ⁊ potibus conuenientibus sicut est aqua ciceris: ⁊ aqua ordei cum barbis porrorum: ⁊ ysopo: ⁊ ruta: ⁊ idromelle: et alea: cum pipere pauco: si non molestum febriat. Et alienetur aq̄ frigida omnino. Et completur etiā locādo eos in domo lucida plena imaginibus ī qua sit strepitus: ⁊ multitudo loquentium: ⁊ astantium vehemens cum inquietatione egrorum: ⁊ prouocando eos ad iras ⁊ iurgia vt nō profundentur ī somnum exercendo coram eis sonitus: ⁊ strepitus horribiles ⁊ laboriosos. Quinta conuertit regimen ad sedationē accidentium: q̄ sunt subet ⁊ somnus grauis ⁊ soda que nō sentitur: et obliuio loquendi: ⁊ obliuio vrinandi egerendi: ⁊ aliorum: ⁊ hanc rem complet administratō rerum vigilare facientium: ⁊ prohibentium subet: ⁊ sedantium sodam: ⁊ remouentiū obliuionem: ⁊ incitando eos ad loquendū: ⁊ vigilandū: ⁊ euellendo pilos eorum: ⁊ incitando eos ad vrinandū ⁊ egerendū: ⁊ etiā si oportet ad cōprimendum vesicaȝ ⁊ pectinem ad hoc vt vrinent. Hoc est totum genus cure eorū ⁊ hoc toto genere sanabū⁊: si deus voluerit.

Filius Zacharie clistere conferens litargie flegmatice obliuioni ⁊ apoplexie. Recipe colloquintide interioris ʒ .ij. ⁊ .ß. carthami. ℥ .i. corticum radicum capparis: seminis vrtice an. ʒ .iij. calamenti. ℥ .i. coquantur oīa ī lib. iij. aque vsq̄ dum redeat ad lib. i. ⁊ .ß. ⁊ accipe huius expressionis lib. ß. muri nabati. ℥ .i. ⁊ cum oleo fiat clistere ⁊ iniciatur.

Filius Zacharie clistere conferēs litargie melancolice: ⁊ est illa q̄ raro aduenit: ⁊ si accidat raro eradicatur. ⁊ apoplexie ab eadem causa. Recipe epithymi rubei. ℥ .i. colloquintide interioris ʒ .ij. polipodij. ℥ .ß. calamenti manipulū .i. coquantur sicut superius: ⁊ fiat clistere cū oleo camomille.

Galienus clistere efficax ⁊ sublime ad litargiā ⁊ apoplexiā: ⁊ paralesim. Recipe artanitide ⁊ colloquintide interioris an. ʒ .i. ⁊ .ß. carthami. ℥ .i. centauree minoris. ℥ .ß. ellebori albi. ʒ .i. ⁊ .ß. bace. ʒ .viij coquātur oīa sicut diximus: ⁊ clisterizetur cum eo.

Aliud nostrum colloquintide. ʒ .ij. centauree. ℥ .ß. carthami: polipodij ana. ℥ .i. ysopi: bace: radicū malue an̄ manipulum .i. mellis. ℥ .ij. vel .iij. salis masse. ℥ .ß. sal gemme. ʒ .iij. fiat sicut diximus: Est enim vtile: si deus voluerit.

Vomitus quoque prouocatiuus ē cū sinapi: ⁊ cū oximelle: aut rafano: aut cū oximelle ⁊ oleo: ⁊ sale: ⁊ aq̄ decoctionis cholocasie: aut siclerant cum decoctione alterei rengi: aut similium.

Alexander. Si ventris solutio necessaria fuerit propter plenitudinē: et exhiberi illā fuerit possibile. Da castorei. ʒ .i. tertias. ⁊ .ß. ⁊ scamonee cocte: ⁊ ppara te. ʒ .i. ⁊ tertiā plus vel minus sicut oportere videbis: ⁊ cum ydromelle dabis: Sed melior omni euacuatione est clistere.

Sternutatoria ⁊ gargarismata ī capitulo de soda frigida eligātur: et embrocce similiter: ⁊ caputpurgia ⁊ odoramenta: Sed ex odorabilibus ī hac parte ē nomē ⁊ basee: ⁊ proprie in processu rei: ⁊ castoreum: ⁊ calamentum: ⁊ ruta: ⁊ fumus pillorum ignitorum cum castoreo: quoniam excitat eum: aut capillorum infirmi: quos prius cum sibi emissione dolorosa.

Democritus sinapismus cōcutit litargie cuius difficilis est resolutio. Sinapismus quidem est dictus in

repositorio medicinarum vniuersalium.

Archigenes. Acetum squilliticū cō quassatū cū oleo rosato in quo dīru ptū sit castoreū cōfert litargie: et cal gilare facit et quandoq; pro oleo rosato per mutatio fit ad oleū minumeat oleū de narci sco: et quandoq; permiscentur cum eis capil li hominis adusti est mirabile.

Alexander capilli hominis adusti: et triti multū cum aceto vsq; dum fiat totum sicut vnguentum: sunt medi cina mirabilis ad litargiam: et subet: excitat enim cito a somni profunditate: et quandoq; miscetur eis castoreum.

Alexander vapores a capite optime expellantur: si in principio litargie: et subet ex oleo et aceto conquassatis diu caput liniatur. Sed postq; circumteneri incipiunt admisceri oportet castoreum: aut feniculū algal: aut puleginum: aut calamētum: aut basce: et similia: aut nemetu: et calamentū aut omnia: aut singula.

Emplastrū ex arte nostra confert li targie et subet et euigilare faciens. Recipe piretri sinapis squille ana. ℥.i. castorei: eufor biū aā. ʒ.v. Misce omnia cum succo affodili: et succo sansuci: et epithy metur ex eis pupis cerebri.

Andromachus. Recipe squillā et te re et calidam super locum quantum ex ea oportet pupi capitē applica p⁹ q; cum oleo rosarum: et aceto: et castoreo con quassatis locum innuxeris.

Archigenes. Linimentū resoluens litargiā: et subet. Recipe olei de been olei nardini et costini aā partem .i. ca storei quartam partem vnius: eufor biū tātū dem: et piretri similiter: squille ptem .i. et .s. fiat ex omnibus linimentū et epithimet cum eo.

Sallienus si diuturna efficitur passio castorei a granis .iii. vsq; ad .v. cū oxi melle bibere dandū est: istis a me ex pertum. Et similiter triaca data: aut mitri datum confert: aut diamusch et similia.

Filagrius. Simulātia corp⁹ sūt de genere materiam dimittere faciē tium: et operātur plus q; fricatio ex tremitatum: et compressio dolorosa. Et sunt proprie quando linimenta: et confricationes fiant cum rebus acutis sicut est acetum squil liticū proprie: et squilla: et sinapis cum aceto: et vrtica et semine eius et piretrum: et semen al megeron: et folia eius. Ex istis enim cum fri

cantur: extrema materia ad diuersum trahi tur et subet prepeditur: vt non profūdet i ip sum si gloriosus voluerit.

De diminutione memorie.

In primis mundificatio fiat capi tis et corporis totius si est a ma teria flegmatica: postq; digeste ris eam. Et euacuatio in principio rei cū medicinis operantibus cū facilitate: sic est iera ɔfortata cū pulpa colloquintide: Et castoreo: et aliis que nominauimus in soda. et gradatim procedemus ad maiora: sicut sunt fere magne theodoricon: et nuces muscate: et alia que diximus: et collige ex eis emplastra et caputpurgia: et alia. Et afferas etiam ad hanc partē que diximus in litargia.

Mahomet arasi. Linimentum confe rens litargie: et obliuioni: et congela tioni. Recipe olei sābucini. ℥.x. oli de been ℥.ii. eufor biū. ℥.i. castorei. ℥.s. fiat li nimentū: et vngantur cum eis locus memorie quoniam confert.

Filius Zecar. Zinziber conditum reparat memoriam: et proprie sūptū quolibet mane: et quandoq; cōfortat si cum olibano et pipere: et ē efficatius. Et quoq; confortatur cum anacardis: et prope sicut cui pte sunt: gingiberis conditi. ℥.iii. mellis anacā di. ℥.i. et .s. et sit dosis. ℥.i.

Filius Sirges. Medicamē eiusdē reparatiuū memorie et ɔseruatiuū eī⁹. Recipe acori in alio dulceg nu triti lib. .s. piperis longi. ℥.i. partes duas ci mini. ℥.s. Misceantur omnia simul et admi nistrentur. Et sit dosis eius a. ʒ.ii. vsq; ad .v

Bulli. Medicamē expertū confortās memoriam et conferēs senibus. Re cipe mellis anacardi ptes duas: oli bani: piperis: acori aā ptes duas: piperis: ma cropiperis aā partem .i. kebulorum indorū aā partes .ii. cimini partes .iii. mellis quātū sufficit. Dosis eius est ʒ.ii.

Medicamē nostrū expertū ad destru ctionē memorie reparās et ɔseruās eā. Recipe mirabolanorū kebulorū lib. .i. piperis lōgi. ℥.iii. et .s. Terantur piper: et mi sceatur cū melle: et kebulis: et aromatizetur cū ga lienmuscate. ʒ.iii. musci boni. ʒ.s. Et sumatur ex eo omni mane i ieiunio a. ʒ.ii. vsq; ad .v. Est enī nobile expertū. Et quoq; miscuimus cū eis olibani masculi. ℥.i. et ē bonū. Et quoq;

datur predictū medicamē sine olibano p⁹ꝙ
deglutiuerit ex olibano cicera tria. ⁊ ē meli⁹
⁊ ꝓprie sūptum cum aqua isopi ⁊ olibani:
aut vino pmixto.

Pil⁹ Zacharie. Cōfectio anacardi
na bona ꝯferens obliuioni: ⁊ carnici
ei ūtc botā: ⁊ morphee ⁊ barbas. Re
cipe mirobalanorū indoꝝ: embilicorū: belleri
corum añ. ℥. iiij. piperis: macro: piperis oli
bani ɀingiberis: isopi sicca: acori: spice ciperi
⁊ in aliqo ꝑ acoro habeꝗ añ. ℥. v. mellis ana
cardi. ℥. vi. mellis quātum sufficit. Dosis a.
ʒ. i. vsqꝫ ad. ij. expertum verax. Cōfectio ana
cardina quā diximus in antidotario ex. l.
lens ē i ꝯfortatione sensuū: ⁊ memorie: ⁊ facē
eam recuperare de pditam.

De melācolia ⁊ mania.

Primus in scda lectionē Galieni i
curatione egritudinum melācolica
rū eē in tribus reb⁹. Prima res est
regimē circa adequatōnē cū eius: ⁊ digestio
nem ipsius. Scda res ē solicitudo circa eua
cuationē eius. Tertia res ē regimen ꝯforta
tionis cordis cōplectens omne regimen dila
tans animā: ⁊ faciens in ea inueniam gaudij.
Primam āt rem duo tāgūt regimina. Pri
mum regimē ē regimen humectatiuū ⁊ ipin
guatiuum qd in tota cure ꝓlatione exten
dendum ē ꝓterꝙ faciat cadere in opilatōes:
⁊ cōpletur hoc regimen cū balneis ⁊ embro
cis humectātibus ante cibū: ⁊ effusione aq̄
calide super caput: ⁊ humectatōe aeris habi
taculi eius: ⁊ fricationib⁹: ⁊ vnctionibus te
nerū facientib⁹ corpus. Et cū cibis ⁊ pot ib⁹
humectatiuis humores laudabiles generā
tibus: ⁊ oē qd impinguat: ⁊ humectat ex ci
bis ⁊ potibus ⁊ medicinis. ⁊ quiete: ⁊ somno
⁊ sit studiū in omnib⁹ his supra studium scdi
regiminis qd nunc narro. Secundum regi
aut olei antiqui lib. i. cere citrine. ʒ. ij. eufor
bij boni: ⁊ recentis. ʒ. i. vngatur spasmat⁹
loc⁹. Est. n. mirabile si deus voluerit.

Ruffus. Decoctio ad spasmũ cõfe
rens mirabilis ⁊ ad oẽs neruorum
egritudines a frigida cã ⁊ humida.
Recipe hueg. recẽtis. ʒ. iiij. Decoque cum a
que lib. i. vsq; ad lib. ß. ⁊ da ex ea omni die. ʒ.
i. cum kirat. i. asefetide: aut cuz castorei gra
nis. iiij. Est. n. expertum.

Ruffus Hydromel conferens simi
liter. Accipe hubeg. ʒ. iiij. ⁊ deco
que in lib. aque. iij. vsq; ad. lib. ij. ⁊ p̄
iice super eam mellis puri. ʒ. iiij. Deinde co
la in colatorio denso: ⁊ continue bibat ex
eo est enim medicamen bonũ.

Galienus Expertuz est de oleo vul
pis ad spasmum: ⁊ alias egritudi
nes neruorum ⁊ dolores iuncturarum: et descensione in rinã: et in decoctione
eius.

Philagri⁹. Cerotuz cõferẽs spasmo
⁊ egritudinib⁹ neruoꝝ expertũ. Re
cipe cere citrine. ʒ. ij. olei irini costi
ni olei d̃ been: ⁊ olei d̃ cinamomo: ana. ʒ. iij.
storacis liquide. ʒ. i. euforbij: aur. iiij. castorei
aur. ij. isopi humide. ʒ. i. adipis vulpis. ʒ.
ij. vnge ex eo super locũ. Expertum ẽ.

Archigenes. Cerotum omnibus
egritudinibus frigidis: ⁊ humidis
neruorum conferens: ⁊ doloribus
iuncturarum: et est forte. Recipe olei cucu
meris asinini lib. i. olei rutacei: olei de cina
momo olei costini: añ. ʒ. ij. cer. citrie. ʒ. iii. eu
forbij piretri castorei piperis añ. ʒ. vij. gingi
beris. ʒ. v. asefetid̃ bdellij: añ. ʒ. ß. galbani. ʒ. iij.

Conficitur aūt sic. Asa: τ bdelliū: τ galbanū dissoluātur in aceto forti: cera quoq; τ oleū τ eufoꝛbium dissoluātur in igne τ pmisce cū eis succi cucumeris asinini lib. ʒ. τ bulliant ad succi cōsumptionem. Deinde misce cum eis gūmas dissolutas. Ultimo vero de pulvere alioꝝ cū eis permisce cōterendo τ vtere quoniam ē expertū verax.

De tremore.

Tremor egritudo nervoꝝ: τ iacetto rium est: τ curatur cū eis que diximꝰ τ confert ei fricatio: τ sepelitur i are naꝛum cinere calido: τ accubitus in fumo calido quantū possit pati τ linimēta calida.

Pilus. Zacharie. Cōfectio pillularum conferentium tremori propꝛie mirabiliter. Recipe castorei piretri cassie añ. ʒ. iij. serapini pulpe colloquintide: añ. ʒ. iiij. iere: pigre. ʒ. v. Dosis earum ē a. ʒ. i. τ. ʒ. vsq; ad. ij. τ. ʒ.

Item. Cōfectio ad tremorē expta. Recipe mirobalanoꝝ nigroꝝ. ʒ. xxx. fanine. ʒ. x. olibani. ʒ. vij. ciperi bueg. añ. ʒ. v. Cōfice cum kesines: τ fiunt forme sicut nuces. Da. i. vel. ij. sanat si deus voluerit.

De stupore.

Stupor sicut cetera que diximus curatur: τ si ē a percussione: aut vulnere non curat. Et si est a repletiōne sanguinea curatur cū phlobotomia vene q̄ magis deseruit membꝛo stupido: τ si sāguis exuberat in toto basilicam phlobotomia: deinde cephalicam deinde illam que familiaris ē illi mēbꝛo. Et q̄nq; sit ab humoꝛe crudo: et frigido: τ curatur sicut paralisis ab eadē cā. Et q̄nq; sit propter compꝛessionem supꝛa mēbrum. Et cura huius ē extensio τ exercitatio illius mēbri.

De catarro.

Catarrus ē descēsus humoꝛum a capite ad membꝛa iferioꝛa cuius genera: vt dicit Galienus i libro misso ad Glauconē: sunt tria scilicet Coꝛiza: Brancos: τ Tussis. Catarrus vero dictus ē a fluoꝛe: Greci. n. fluorē catarrū vocauerūt. Coꝛiza ab ossibus narium nomē accepit. Est. n. cū grauedine atq; cōstrictione narium cum tenui fluoꝛe oris atq; cresso cū sternutationibus assiduis: et odoꝛatu difficili: τ oculoꝛum lacrimatione. Brācos vero dicitur a pfocatione faucū: τ voce obscura: τ sternutatione assidua: τ transglutiendi difficultate. Catarrus autem in visceribus distillās perueniens stomachum tussim: vel nauseam provocat. Si vero i pulmonem venerit tussim creat: cū spumosis sputationibus aliquibus cum raucedine. Quod si patiens sanguinem expuerit ad ptisiz venit τ tabidus moꝛietur: τ consumptus. Et notandum quod catarrus est genus ad tres supꝛa egritudines τ non ē species egritudinis per se.

De cura catarri.

Cura huius egritudinis duplici regimine indigꝫ: communi. s. τ propꝛio. Cōmune autem est sex res. Pꝛima ponit studium in vita patientis obseruādū. Secūda adequat materiā. Tertia abscīdit eā: vel saltē diminuit. Quarta diuertit a parte timoꝛosa ad ptem cōmunem. Quinta abscīdit fluxum eius: Sexta coꝛrigit accidentia. Pꝛimā aūt rem cōplent diminutio ciboꝝ: et potuum: τ pꝛohibitio vini: oleo: τ repletionis τ vitatio nausee: τ cauere ab austro: τ boꝛea quantū possibile fuerit. Auster. n. rarum facit τ replet capita. Boꝛeas vero cōstringit τ exꝛimit. Et nocet somnus τ potus supꝛa repletionem τ multitudo somni immo qualiscunq; sit somnus in die: τ sit parcitas cibo i nocte: τ non iaceat supinꝰ: τ alleuietur cena immo pꝛohibeatur si possibile est. Et in iungatur quies: q2m ē res magna maturās h̄m. Et pꝛohibeat a fumo: τ ventis: τ radijs solis τ lune quātū possibile fuerit: τ magis lune τ pꝛopꝛie q̄n ē ingressus eoꝛū p fenestram. Et vitet vapoꝛosa τ replētia caput τ rarefaciētia ipsū. Et vitet potū aque frigide. Et dicitur q̄ potus aque calide maturat catarrꝰ. Et similiter introitus ad sudandū i balneo. Secundam autem rem complent administrationes inspissantium: τ infrigidantium in acuto τ calido. Et subtilliantiū: τ dividentiū i grosso: τ viscoso. Eligāt aūt ex ifrigidātibꝰ rarol frigidātia actu: τ sī n̄ cōpetūt n̄ eleuentur in gradu multe infrigidationis. Et diligantur h̄m plurimū que infrigidant potentia: etiam non multum eleuata: qualia sunt balnea aque dulcis in ieiunio et administratio embꝛocarum ex oꝛdeo τ violis: et papauere et camomilla: et effusio aque calide super caput: et super extrema et testiculos: et iunctiones facte super ea: et super ventrem: et sinnen eum oleo violato: aut camomillino: aut oleo de papauere: si adsunt vigilie. Et olfacere camphoꝛum: et aquam rosatam: et alia: que diximus:

in soda calida. Et ꝯfert potus aque ordei: ꝛ
sirupus de papauere ꝛ viole cōdite cū aqua
ordei. Et suctio cū naribus olei violati ꝛ ol
facere camphorā. Et cibi eorū sint sorbitiōes
facte ex fabis: ꝛ ex tritico: ꝛ ordeo: ꝛ papaue
re albo: ꝛ oleo amigdalino dulci: ꝛ amilo cū
lacte si non ē febris. Inspissantia āt necessa
ria sunt vt subtile acutum: qđ descendit ad
guttur ingrossetur: ꝛ non descendat ad pro
fundū: īmmo facilius adunatum excreetur.
Et ex hoc facientibus ē dragagantum: ꝛ ele
ctuarium eius: ꝛ mucillago psilij: ꝛ semina ci
toniorum: ꝛ aqua iuiubarū ꝛ sebesten. Et si
rupus eorū: ꝛ loboc ipsorum: ꝛ loboc de pa
pauere. Ex subtiliātibus autem: ꝛ diuisis e
ligantur que proprietate virtutis ad hec cō
grua cognoueris qualia sūt calefactoria ca
pitis: cum sale: ꝛ milio aut cū pānis calefa
ctis: ꝛ cū alijs que in soda frigida diximus. Et
confert introitus balnei preter ꝙ lauet caput
Super extrema āt proiciat aquam calidā
plurimū: ꝛ inungat ea ꝛ testiculos: ꝛ sumen
cum oleo sambucino: aut anetino aut camo
millino: aut sāsucino: aut rutaceo: aut oleo
de been: aut laurino: aut de lilio: ꝛ distillet
ex eis in aures: ꝛ nares cum lana: ꝛ prope ca
lefactis. Etiā cōfert eis īclinatio super va
porem aque vbi camomilla: mellilotum san
sucus ꝛ anetum cocta fuerint. Caput vero
eorum ꝛ frons epithymetur cū costo: spica
myrra: ꝛ pauco castoreo ꝛ similibus cū oleo
rosato mixtis. In fine āt rei confert introi
tus balnei: ꝛ lauari in eo: ꝛ olfatus redolen
tium calidorum. sicut ē muscus: ꝛ ambra et a
lia que diximus in soda frigida. Et sint eorū
cibi pulmenta ex frumento: aut furfure cū
melle: aut sorbitiones ficuum siccarū: ꝛ fari
ne cicerū cū pulegio ꝛ fenugreco: ꝛ aq̄ cicerū
ꝛ similia. Tertiam autem rem cōplent phlo
botomia: ꝛ solutio ventris: ꝛ administratio
clisteriorum ꝛ collirioꝝ: ꝛ lenificationes
omnes omni hora prope cum clisteribus:
ꝛ enematibus saltem trahētibus superflui
tates. Phlobotomia autem in hac egritu
dine in tribus casibus solum necessaria est.
Primus casus ē si catarrus sit calidus ī ca
lido corpore abūdante in quo sit oculorū ru
bedo ꝛ venarū plenitudo. Secundus si ca
tarrus sit calidus declināś ad oculos valde
aut qualiscūq; sit aut terminetur ī faucibus
aut pulmone: aut costis: aut diafragmate: ꝛ
figatur in eis ad collectionē. Tertius est si
catarrus accidat cū febre. In his autem so
lum casibus phlobotomiā catarro vtilē in
nimus. Solutionem fieri oportet ī calida
materia cū violis cōditis: ꝛ aqua ordei cum
aqua fructuū quā diximus. In frigida vero
cū pillulis cochijs ꝛ iera pigra cū aqua psil
liorum: ꝛ iera diacolloquintide: ꝛ similia.
Quartam āt rem complent gargarismata
ꝛ caputpurgia: ꝛ fricationes extremitatum
ꝛ ventose: ꝛ similia. Interdū.n. materiā ī fau
cibus figi timemus: aut qđ ad partes sint
nobiles: ꝛ tunc si eas ad nares cōuertimus
ꝛ prope cum caputpurgijs: ꝛ sternutatorijs
ꝛ suffumigationibus ꝛ odoramentis aperi
entib⁹ nares: ꝛ deoppilantibus colatoriū
erit operatio dignior. Hoc.n. est qđ Gale
nus precepit. Nisi forte agitationem time
as in materia que multotiēs fluit diruptis
propter inquietationē ꝛ agitationem. Erg
dein sternutatio suspecta est ī principio qm
materia quiete idiget vt maturetur. Et a
gitatio multiplicat: ꝛ dilatat materiā: ꝛ fa
cit eam cōsequi motus laboriosus ꝛ vehem
tes. At vero post catarri maturationē: ꝛ c⁹
iuuamentum sublime mundificans radices
Et adhuc quidem iuuantius est post corpo
ris mundificationem communem ꝛ et propri
am. Gargarismata quoq; necessaria sunt:
sed prohibentur interdum. Et inuenitur eo
rum iuuamentum in tribus competere casi
bus. Primus scilicet ad catarrum calidū:
et acutum cum rebus incrassantibus: ꝛ co
adunantibus ipsum: vt prohibeantur descēs⁹
eius ad profundum ꝛ fiat facilius ad expellē
dum: ꝛ excreandum quod propter acumē n
ꝛ subtilitatem aggregari nō poterat. Secū
dus ad catarrum cui⁹ materia ē multe visco
sitatis: ꝛ spissitudinis ꝛ querim⁹ subtilitatē
ipsius ꝛ diuisionē vt facilius expellat. Ter
tius quando timemus materiā figi in fauci
bus ꝛ querimus abstersionē: ꝛ mundificatiōē
At vero ī quatuor casib⁹ gargarismata ad
ministrare suspectum est. Primus ē timor
ꝛ suspitio catarri ad pectus ꝛ pulmonē flu
ere consueti. Secundus est si catarrus de
genere acutorum fuerit ꝛ subtiliū ꝛ mordi
cātiū. Tertius ē in prefocationibus que
fiunt subito. Quart⁹ si catarrus ē vehemē
tis multitudinis. In his qđē casibus garga
rismata agitāt materias ꝛ cōuertūt eas ad
vias pectoris: ꝛ pulmonis: ꝛ faucib⁹ eas m
tiplicant. Amplius tamen gargarismata se
cūdum vnum quinq; modorum fiunt. Ali
ud enim sistit fluxum: aut stringit Aliud pre

nobiles p ignobilē expurgat. Aliud abstergit qđ fluxuz est. Aliud alterat qđ fluit. Aliud vero ē qđ aggregat duas intētiōnes vel plures ex his que diximus. Exemplum vero primi est administratio narcoticorum in egritudinibus cerebri. Exemplum scđi est administratio diacodion aut diamorum cum decoctiōe rosarū: et balaustie et taliū. Exemplum tertij ē administratio generum salis: et incisiuorum: et similium. Exēplū quarti est administratiō aliqđ camphore ad calidum: et myrre ad frigidum. Exēplū quinti est aggregatio intentionū. Exercitatium autem fricationes: et vētosationes: in eis ad hoc multum cōferūt. Exercitatio autē et motio prīu inferiorum ē iuuatiua valde. Et maxime āt diuertētibus materiā catarri ē vt radat caput in pte cōmissure coronalis: et vocatur gubbedebgādest cōminatio capitis: et fricetur super illam vehemēter cū cepe acuto: aut cum squilla: aut cum panno aspero. Deinde ponatur super ipsā medicamē rubificatiuum vsq dū fiat vesicatō. Deinde aperiant vesice: et ponat qđ fluere faciat. Deinde iteret: et iterū vsq dū appareat sanitas. Quod si hoc non cōtulerit: cauterigetur in eodē loco. et dimittatur tēpore extēso: et sit locus cauterigatōis vbi terminat maior digitus postq̄ radicem manus in extremo nariū posuerit. Quintā vero rem complent catari fluxum abscindētia. Et sunt ex stolidis: qui ante digestionem ipsius et mūdificationē cōmunez administrant huiusmodi. Immo ī medio agitationis quiq; et est causa cumulationis: et multiplicationis ipsius. Deinde dirupitōis vehementis. Sit ergo studium erga hec pˀ corporis mundificationem et post sedatōem agitatōis vehemētis: vt abscindatur residuum fluxus ipsius. Et forassis in aliquibus casibus cogimur ī principio facere illud: propter. Aut quia timemus ne repat ī pfundū aut ī partes nobiles. Aut ne nobiliuz et necessariarum opatiōnū fiat destructio illico: sicut ē catarrus prefocatiuus subito. Et forassis regimē diuersimum vie eius ē hoc nobilius: et securius. Immo regimē abscissiuum: qđ diximus ē: regimē dubiū. Et illud ideo: qm possibile ē vt dirumpat deinde: fluxu disruptionis: q̄ pˀ et timorosō. Et regimē diuisiuū licet dilatet materiam: et multiplicz: tamē cōuertit multiplicatam ad partē cōmunem nō timorosā. Sedationez āt cursus facientia. Alia sūt gargarismata. Alia suffumigatōnes. Alia q̄ retinētur ī ore. Alia q̄ odorant. Alia que degluttiūtur. Alia que illiniuntur. Ex gargarismatibˀ āt ad catarrū calidum sunt aqua rosata cū modico cāphore: aut aqua lentium: et rosarū et balaustiaruz: et aqua coriandri et rosarum: aut aqua corticum papaueris et rosarū. Ad frigidum vero gargarisma fiat cum vino decoctionis myrre: aut olibani: aut sandarace: aut talium. Ex suffumigationibus vero ad calidum sunt semē lini infusum in aceto: et torrefactū. Deinde fiat suffumigatio cū eo aut ex ordeo et aceto aut ex furfure: et aceto. Sādaraca vero cum aceto: est iuuamenti sublimis. Et vapor aceti sup lapidē molarē ignitū. Et similr vapor camphore cuz furfure: et aceto aut cū ordeo fracto et aceto aut ex camphora sola puluerigata sup vase vitreo posito sup prunas: pterq̄ descēdit vapor eius ad pectus et pulmonem. Immo respiret et emulgeatur per nares. Fabe quoq et ordeū īfusa in aceto similiter cōferūt: et sīr fit de panno lini infuso in aceto. Ad frigidū vero suffumigia conferentia sūt q̄ fiunt ex storace sicca: et olibano et xilo aloe: et sandraga mixtis vel diuisis. Nigelle quoq torrefacte trite: et ligate ī pāno lini: et attractio naribus odoris eius aut suffumigatio facta ex ea ē mirabilis. Costi etiam: et nigelle suffumigium est: et expertum.

Dixit filiˀ Zacharie. Fiant forme sicut auellane ex olibāo: et ēt storace liqda castō et sādaraca: añ ptes eqles et fiat suffumigatō ex vna eaz et recipiātur fumus per traiectorium abscindit.n. fluxum eius.

Dixit. Ebengeçar. Addantur eis ex xilo aloe pars vna: et pinnatō fiat a storace liquida ad storacez siccam. Ex eis āt q̄ retinētur ī ore. Ad calidū quidē sunt spēs de iacut et qñq cōmasticat coriandrū: et retinet ēt masticatū eiˀ ī ore: et confert. Et qñq retinetur in ore camphore modicū. Ad frigidum vero confert olibanum et myrra. Retenta enim in ore abscindunt fluxum. Et verificatum est quod spica retenta inter dentes est iuuamenti sublimis.

Filius Zacharie. Confectio formarum similium lupinis: que tenetur in ore et sistunt catarrum. Recipe olibani partem. i. myrre: croci: spice: sicce storacis ana: partē. s. opij partē vniˀ tertiaz.

Fiant ex eis pillule: et teneat ex eis vna in ore: preterq̄ deglutiat saliua eius. Expertuȝ ē spicam solam ī ore teneri per noctem aut p diem: et noctem sedare catarrū.

Ex odoribus vero ad calidū sūt modi fomarū de libro. Sabor Regis medorū. Q sistūt .n. catarrū calidum et odorātur ī febre adurente: et sincopali et pestilentiale. Recipe farfei sandali rubei: et albi: ana ptes equales et rosarū partes .ij. et .ʒ. sandali macaçiri partes .iij. cāphore partem .ʒ. boliarmeni ptes .viij. Omnia preter cāphoram terātur: sicut alcohol: et agitētur ɔterēdo cū aqua rosata p ebdomadam vnā. Deinde misceatur cū eis cāphora: et fiant inde sicē poma cū glutino gummi arabici et aqua rosata et odorētur. Conseruātur āt ne tollatur eorum virt⁹ ī vase vitreo in loco recēti et liniatur sepe cum aqua rosarum pmixtionis cāphore et sandali macaçiri.

Ad frigidum vero fiāt poma fūctione eiusdē. Recipe storacis: calamite partes .v. olibani: masticis anā: ptes .iij. sandarace tātundē costi: spice: anā partes .ij. ambre ptē .i. bucur ligni aloes anā ptes .iij. musci partē .ʒ. Fiant ex eis poma et administrentur sunt enim experta.

Confectio alia pomorū ex fuentiōe nostra. Recipe bucur: scude: anā ptes .viij. ligni aloes boni: et electi partes .vij. ābre bone partes .ij. gallie muscate ptes .vj. musci partē .ʒ. Fiant ex eis poma cū glutino dragaganti: et administrentur. Sunt .n. nobilia et expta et cerebrū et cor cōfortant.

Res āt que lābunt: et deglutiūtur ad calidum qdē sūt spēs de iacur: et eq̄ coriādri: et sirup⁹ d papauere et sīlia. Filius Zacharie. Cōfectio pillularum q̄ tenet ī ore: et sistūt catarrum calidū. Recipe amili: dragaganti: amigdalarū dulciū: fabarū excorticatarum: papaueris albi: et corticū eius: gummi arabici: boli armeni ana. Cōfice cū mucilagie psilij: et citoniorū et fiant sicut lupini et teneātur in ore sunt enim experte.

Ad frigidū vero ɔferūt ibns et myrra. Ista .n. ɔglutina sistūt catarruȝ.

Confectio alia pillularū d libro filij Zacharie. De q̄bus sūmunt omni nocte a .iij. vsq̄ ad .v. et sistūt catarrū Quarum pmixtio. Recipe thuris masculi: ptē .i. myrre: opij: croci: iusq̄ami: anā ptē .i. terciam succi liq̄ritie ptē .i. Fiāt pillule et dētur sicut diximus.

Confectio alia pillularum ɔferēs ad oēs reumaticas passiones et sūt de libro. Alexādri medici. Quarū hec ē pmixtio. Recipe myrre .ʒ. iij. thuris masculi .ʒ. ij. et .ʒ. opij: iusq̄ami: radicū alcaliacbā sicce ana .ʒ. ij. Cōfice cū succo alchagaber. humide. Da ex eis a tribus vsq̄ ad .v. in sero sunt enim mirabiles.

Tertiā vero: et vltimā rē complet correctio particulariū accidētium que cū catarrus cā ē: et hoc ē regimen ppriū sicut correctio ppriē egritudinum capitalium oculorū: et narium: et auriū: et glandularum et vuee et gule: et duarū mādibularum: et pectoris et pulmonis: et aliarū partium q̄s catarrus offēdit: Et nos de oībus in ppriis loquemur capitulis: si deus voluerit. Et p̄mo dicemus de egritudinib⁹ oculorū.

Summa quīta de egritudinib⁹ oculoȝ.

SErmo noster

erit deinceps de curis egritudinum oculorū. Sunt autem oculorum cure scḋm vnū modorum. Alia enim ē cōseruatiua sanitatis eorū. Alia curatiua egritudinū ipsorum Alia vero pseruatiua ab egritudinib⁹ futuris in ipsis. Et prima quidē fit scḋm alterū quinq̄ modorum. Aut .n. cōseruat super suā oculi sentionē decentē: et naturali. Aut ɔseruat oculum ī sua ppria tēperantia: et q̄litate: Aut ɔseruat organicationem ipsius ī coequalitate eius. Aut ɔseruat ɔtinuitatē et positionem naturalem partium eius. Aut ɔseruat spirituȝ visibilē ī sua ppria illustratione. Et quidē primam rem cōplent medicine abstersiue habētes mediocritatem: et tēperiem in tersione sua: sicut propriē succus feniculi: et collirium ex eo: et succus menthe: et herba adbil propriē: aut res tenerum reddentes superficieȝ eorum: qualis ē tenerna oculi corporis pueriliū: et propriē nitentis in simplicitate sua: quoq̄ tenemeo adhuc pos: et super bis nacti ab eis que lesionē oculis pcedunt: qualia sunt fumus et puluis: et flat asperorum ventorum et inequalitas aeris: et aspectus rei variantis ipsos et omnis res faciens senescere oculum sicut coitus et labor plurimus et fletus vincens mensuraȝ et ebrietas et somnus plurimus et vigilie plurime

⁊ somnus supra repletiõem ⁊ ꝓpt̃e ex cibis ⁊ potibus vapores turbidos generãtibus: sicut sunt ꝓprie caules: porri: acrimonia: sal sa: fabe lentes ⁊ vniuersaliter oĩa tribulctũ generantia sanguinẽ.

SEcundam vero rem cõplent medicine que alterãdo custodiũt sanitatẽ oculi: aut scilicet calefaciendo: aut frigidando: aut humectando: aut desiccãdo

TErtiam rem cõplent medicine confortãtes sanitatem eius in plasmate: ⁊ forma creature ipsius. Et hũc canonem igredimur medicine ↄfortantes lenificationẽ: aut asperitatem ⁊ pforationẽ: ⁊ concauitatem partiũ eius: sicut oportz ex eis que dicemus: vbi oportet

QUartam rem cõplent medicine custodiẽtes sanitatẽ eorũ in cõtinuitate ipsorũ: ⁊ ꝓhibentes resolutionez fieri partium cõtinuarum ĩ ipsis. quarum rememorabimur si deus voluerit.

QUintã rem cõplent medicine reparãtes spiritũ visibilem ⁊ illuminantes: ⁊ irradiãtes ipsũ: quaꝝ rememorabimur similiter.

DEmochrytus. Feniculus oculuz abstergit visum clarificat scḋm omnẽ moduz administratiõis eius. Et serpentes ⁊ repilia: diu degentia in cauernis approximant huic plãte: ⁊ vtũtur ea ĩ comestione: ⁊ fricatiõe sup oculos suos: postquã egrediũtur cauernas: ⁊ vigorat visus eorũ Fit ãt colliriũ ex succo eius hoc modo. Recipe succi feniculi depurati post residẽtiã eᵘ ⁊ facilem decoctionẽ ipsius ĩ vase aeneo cũ nũmis auri puri: ⁊ sufficientẽ decolationez ptem. ĩ. mellis puri ⁊ clari partis vniᵘ tertiam. Bulliant iterũ ebullitiõe vna: ⁊ colẽtur: ⁊ ponãtur ĩ ãpulla: ⁊ suspẽdãt in sole ⁊ permutet de vase in vas abijciendo sẽp ipostasim eius: deinde fiat ex eo colliriũ: ⁊ distillet cum radio in oculum. Est. n. expertũ ad custodiẽdam sanitatem eius: abstergit. n. oculum: ⁊ clarificat visum. Et qñq; deperatur ĩ sole: pterq̃ decoq̃ueẽ in igne: ⁊ est similiter expertũ. Et sũt ex hominibus qui admiscẽt ex felle galli partis. i. xx.

ARistoteles instruens. Alexandrũ regem inquit. Frequẽtationes pectinis sup caput vapores visum impediẽtes euertũt adeuntẽ ne visui obsint. Itẽ inquit Aspectus rerũ viridiũ in loco multe temperiei visum corroborat. Itẽ dixit aspicere speculũ tersũ directum: ⁊ diu intueri super ipsũ: visum corroborat: ⁊ oculos a defatigatione remouet. Itẽ iniunxit post oculi defatigationem igredi domũ obscuram nõ multe tenebrositatis: ⁊ intueri p fenestras in qbus sit aliquod paruũ viride: vel intueri a quã viridẽ: ⁊ submergere oculos in ipsa. Itẽ dixit exercitatio legendi litteras mediocres visũ corroborat: ⁊ oculorũ sanitatẽ custodit

DIascorides dixit qḋ comedere carnes auiũ que de rapina viuunt visũ corroborant: ⁊ similiter sorbitiões in rium eaꝝ: ⁊ asseruit ẽt qḋ plures post ipsuz experti sunt qḋ ius serpentium: ⁊ caro ipsorum cõfortãt visũ. Et dixit qḋ succus armel ⁊ feniculi ⁊ vinũ: ⁊ mel simul cocta ⁊ depurata: deinde mixta cũ felle alcubugi: aut galline oculi sanitatẽ custodiũt: visui addunt.

Albor. Nux muscata nutrita cum melle visus sanitatẽ custodit ⁊ propńe sumpta ex eis vna: mane quolibet ieiunio. Chebuli quoq; cõditi sic faciũt

IDem Colliriũ mirabile in abstersione oculorum ⁊ corroboratiõe visus ⁊ fit in tẽpore veris. Recipe folioꝝ rosarum cõpletarũ foliorũ rute: foliorum feniculi foliorũ herbe adhil: foliorum celidonie: ana partes equales. Trahat aqua eorũ per sublimationem ĩ alembico: sicut ẽ operatio aque rosate. Et conseruetur ĩ vase eneo ẽ enim collirium preciosum.

HAmec filius Zacharie arasi. Collirium de succo granatorũ abstersiuum oculorum: ⁊ cõfortantium visᵘ expertum. Recipe succi granatorũ dulciuz ⁊ acetosorum ana lib. i. ponãtur in ampulla vitrea: ⁊ stringatur orificium eius: ⁊ ponat in sole per menses duos: ita qḋ quolibet mẽse recipiatur clarum eius: ⁊ abijciatur fex que subsidet: Deinde ad omnem lib. istiᵘ succi ponatur pulueris istc. Recipe aloes radicũ celidonie: salis armoniaci: piperis: longi añ partem vnam. Terãtur sicut alcohol: ⁊ misceãtur in medicamine: ⁊ iterum exponatur soli: ⁊ quanto plus antiquatur tãto sublimior ẽ eius operatio. Feniculus: verbena: rosa celidonia: ruta: ex his fit aqua que lumina reddit acuta.

GAlienus. Comestio carnium tiroꝝ preparatorum scḋm doctrinaz qua recipiũtur in tiriaca conseruat sanitatem visus. Et ẽ ad hoc vltimum. Frequẽtare potum aceti squillitici ad hoc ẽ multuz

laudabile. Trifera magna: et trifera minor: ad hoc e laudabilis. Et proprie minor cũ quarta põderis sui de puluere herbe adhil. Trifera persica quã diximus in antidotario: et electuarium algariph: et pillule cochie: et pillule lucis: et pillule sabor quas diximus in canone. Et iera nostra et teodoricon ad hoc cõferũt.

Hamahyn. Confectio electuarij sublimis cõferẽtis sanitatem oculorũ et cõfortãtis spiritum visibilẽ in claritate sua. Recipe herbe adhil. ʒ. ij. seminis feniculi. ʒ. v. macis: cubebe: cinamomi: piperis longi: gariofilorũ ana. ʒ. i. Puluerizẽtur: et cribellẽtur. Et accipe mellis dispumati lib. i. succi feniculi cocti: et depurati. ℥. i. succi rute similiter cocti. ℥. s. succi celidonie similiter cocti. ℥. s. Coquãtur succi cũ mellis dispumati lib. i. vsque dum mellis tenuis habeat spissitudinem. et cõficiãtur cũ eo species: et reseruetur in vase vitreo. Et sit dosis eius. ʒ. iij. cũ vino in sero: et alleuietur cena vel dimittatur: et similiter in mane.

Haly. Collirium acuẽs visũ: et oculi sanitatem custodiens. Recipe succi feniculi. ʒ. xl. succi rute. ʒ. xx. Ponantur in ãpulla vitrea cũ mellis boni et clari. ʒ. xx. et obturetur orificiũ eius et dimittatur in sole per. iij. menses: et abiciatur fex eius. Et liniantur ex eo oculi: quoniã e expertum.

Filius Zacharie. Cõfectiõ alcohol cõseruãtis sanitatem oculi. Recipe tucie: sief: mẽthe ana. ʒ. iij. aloes lici: ana. ʒ. ij. camphore. ʒ. i. minus. vi. Terantur cũ aqua agreste. aut sansuci: aut fumarie: et exiccetur et administretur aut nutriãtur prius cũ aqua agreste secũdo cũ aqua sansuci: tertio fumarie: et e sublimis.

Item. Confectio alcohol acuentis visum. Recipe tucie primo lote: deinde nutrite in aqua sansuci tribus vicibus. ʒ. x. cinziberis piperis: macropiperis celidonie: burach: ana. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. s. Nutriatur cũ aqua sansuci: aut aqua feniculi: tribus vicibus. Deinde exiccetur: et administretur. Est. n. sublime.

Filius Zecar. Collirium cõfortãs visum et acuens ipsum. Recipe fellis galli: aut alcubegi: aut pdicis: et mellis crudi: ana partes equales: succi feniculi: partes duas: misce: et pone in oculis bonum et electum si deus voluerit.

Item. Conditum factum ex albasce cũ melle confortat virtutẽ visus.

Item. Cõditum factũ ex herba adhil cũ melle mirabilis e in confortatione visus: immo et ipsa herba secundum omnem modũ administrationis eius sublimis e.

Aboali. Alcohol sublime tersiuum oculorũ conseruãs temperamentũ et sanitatem visus. Recipe macropiperis. ʒ. ij. gariofilorum: vsnee ana. ʒ. i. climie: spume maris ana. ʒ. x. eris vsti. ʒ. v. cerusse: salis gẽme an. ʒ. iij. salis armoniaci: piperis an. ʒ. ij. camphore. ʒ. s. Terãtur et administretur.

Item alcohol sublime tersiuũ oculorum qd administratur in dispositionibus sanitatis. Cõfortat. n. debilẽ visum et cõseruat ipm secũdum sanitatem suã et sedat multitudinẽ lachrymarũ ex oculo. Recipe ãtimonij loti: et preparati in aqua pluuiali circiter spaciũ dierum. xx. tucie: et climie: ana. ʒ. vi. marchasite. ʒ. iij. Tere vnũquodque per se: et tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multotiens donec exiccatur aqua eorum. Deinde terãtur cũ aqua feniculi pluries cum continuitate aliquorũ dierum similiter donec exiccetur. Tertio vero terãtur cum aqua sansuci. Quarto vero cum aqua rute. Quinto cum aqua celidonie. Deinde exiccentur: et addatur cum eis sedenagi: et croci ana. ʒ. i. margaritarũ non perforatarum. ʒ. ij. musci. ʒ. i. tertiam camphore. ʒ. i. sextam. Et proice ipsa simul in mortario cũ predictis. Deinde adde eis succi. ʒ. s. et tere vsque dum siccẽtur et fiat inde alcohol mane: et sero quoniã e expertum.

Ex rebus ãt oculi substãtiam retinẽtibus nescire faciẽtibus e regimen cũ electione rerũ sex nõ naturalium: ex administratione qua oculis: et teneritas acquiratur: sicut verbi gratia cũ approximatione in quantũ possibile e ad aerem temperatum et cibis: et potibus humidis: et balneis temperatis et alijs humectãtibus cũ tẽperie prout faciant cadere in opillationes.

Dixit Aboali. Quod ingredi aquã tepidam: et claram et aperire oculos in ea oculorum sanitatẽ custodit et eorũ teneram substãtiã reddit: et abstergit: similiter aquã viridẽ claram: et nitidam. Vapores autem aquarum cum decoctiõe quarundam rerum ad hoc vehementer cõferũt sicut vapor aque decoctionis feniculi: aut rute: aut herbe adhil. et similiũ singulariter aut coniunctim.

De cura pseruatiua oculorum

Ora vero p̄seruatiua ab egritudinibus futuris fieri in ipsis duplicē habet viam. Partim.n. ɔseruam⁹ naturalitatem eorū quēadmodū superius dictū ē partim vero obuiamus causis futurorū morboꝝ. ī extrinsecis vel intrinsecis. Exsecis sicut fumo vētis: cibis malis: ꝛ poub⁹ ꝛ aliis quoꝝ superius rememorati sum⁹. Intrinsecis vero obuiamus scd̄m vnū quinq̃ modoꝝ. Aut enim ɔuertimus studiū ad pmutandū malitiā cōplexionis pure sine materiā: vel cū materia si nō in q̄titate exuberet. Aut euacuamus eā si vincit supra quātitatem naturalem vel egreditur p̄priam naturalitatem Aut facimus vtrūq̃. Aut corrigimus aduentū peccati in organizatione eorum. Aut p̄hibemus solutionem ɔtinuitatis futuram fieri in ipsis.

Et quidē p̄mam rem cōplent medicine auxiliantes ī p̄mutando malitiā cōplexionis eorū. s. aut calefaciēdo aut īfrigidando. Calefaciēdo cū eo q̄ ē sicut zingiber muscus: hec q̄ pip ꝛ sīilia. Aut īfrigidando cum eoq̄ ē sicut albumē oui: mucillago psillī: aqua rosata: succus solatri: portulacarū lactuce: ꝛ similia. Aut desiccādo cū eoq̄ ē sicut tucia cohol rose ꝛ similia.. Aut leniendo sicut dragagātum ꝛ similia.

Secūdam āt rem cōplent medicine euacuantes materiam ꝛ educere eā ꝛ hoc quidē fit scd̄m vnū triū modoꝝ. aut scd̄m semitā diuersionis ab eis aut scd̄m semitā extractionis abeis: aut scd̄m semitā resolutionis ab ipsis. Euacuatio aūt ꝛ euersio materiei q̄nq̃ fit ex toto corpore: si in toto exuberat: aut ex capite solo si eo solo exuberat: ꝛ ingrediūr canonē hunc spēs phlebotomie: ꝛ spēs solutionum p ventrem ꝛ caputpurgia: ꝛ gargarismata: ꝛ ventose et scarificationes: ꝛ fricationes extremitatum ꝛ ex eis que diximus ꝛ que dicem⁹ iam. Extractio āt materiei fit p medicinas educētes per lacrimas sicut ē p̄p̄e sal armoniacus: ꝛ sal ꝛ similia. Resolutio quoq̃ ex ipsis fit cū medicīs p̄p̄e sicut sarcocola ꝛ succus feniculi: ꝛ memithe: ꝛ similia.

Tertiam vero rē complent aggregationes harū duarū̄ sectionum de q̄bus modo locuti sumus: ꝛ canonem hunc ingrediūr regimen ī generib⁹ rerū. vi.

Quartam vero rē cōplent medicine ɔseruantes organizationem eorum: ꝛ formā ne cadat ī eis tortuositas: aut ɔpillatio aut dilatio vltra decentiam.

Quintam rem cōplent medicine solutionē ī ɔtinuitate ipsoꝝ fieri p̄ohibētes de q̄bus loquemur si deus voluerit.

Phlobotomare āt oportet p̄pter oculos si sanguis exuberat cū cōmunitate corporis totius ex basilica deinde ex cephalica. Et q̄nq̃ necessitas vrget: ꝛ p̄p̄e cum plenitudo adest: vt phlobotomemus saphenas: aut emorroydas aperiamus. Si aūt cū communitate alicuius ex membris fuerit phlobotomanda ē vena illi p̄p̄e mēbro deseruiēs. Deinde vtrisq̃ communis. Si vero sine communitate alioꝝ in capite sāguis exuberat: tunc fit illud aut ex eo: qd̄ in toto exuberat ꝛ tunc ex cephalica minuendum ē Aut exuberātia ē scd̄m partem quidē aut ex venis que sūt sub craneo: ꝛ phlobotomamus ex cephalica. Deinde quidē vel p̄uocamus sanguinem ex naribus aut ex venis forinsecis que sunt sicut scilꝫ quedā frontales ꝛ phlobotomamus: ex eis: aut sanguisugas. aut cauteria super eis apponimus. Et q̄nq̃ conuertimus ꝛ euacuamus p nares. Et q̄nq̃ cōuertimus ad posteriora: capitis cum scarificationibus ꝛ ventosis p̄pter ɔmunitatem ombarū partiū: sicut scis. Et sunt ex venis pulsatilibus ꝛ non pulsātibus q̄ sūt tēporales: p quas etiam materie ɔfluunt quas quādoq̃ phlobotomamus q̄nq̃ incidim... sicut suo loco dicemus. Q̄nq̃ cauterizamus ꝛ q̄nq̃ cōuertimus ꝛ scarificamus aures ꝛ quandoq̃ cauterizamus sub eis.

Modus autem cauterizationis harū partium si vrget necessitas fieri oportet post corporis mundificatiōē totius cū medicina solutiua mūdificante etiam caput ipsum ꝛ corpus totum ꝛ hoc pluribus vicibus. Et p̄mum incipiamus experiri super cauterio capitis quod fit super ɔmissura coronali in parte communi que dicitur cabendeng idest ɔtinuatio capitis cuius iuuamenta sunt multa ꝛ sublimia: ꝛ p̄p̄e ad omnes egritudines capitis frigidas ꝛ humidas sicut est soda ꝛ egritudo que vocatur oumi: et scotomia ꝛ vertigo ꝛ grauitas somni ꝛ grauitas sensuū ꝛ paralisis: ꝛ tortura pluralitas catarri: ꝛ coriza: ꝛ lapsus ad oculos et nares ꝛ aures ꝛ vuam ꝛ fauces ꝛ ad dolores dentium ꝛ gingiuarum: ꝛ dolores gutturis ꝛ ad omnem distillationē catarri super pulmonē: ꝛ partes pectoris ꝛ stomachū ꝛ ptes

vicinas ⁊ vniuersaliter ad oēs egritudines
catarri frigidas ⁊ humidas. Et modus opa
tionis eius ē vt radatur super capite ī loco
ipso ⁊ ponatur radix man⁹ egri sup extre-
mitatem nasi ipsius: ⁊ extēdatur p medium
frontis ⁊ ꝯsideretur vbi terminetur medius
digitus ⁊ signet̄ ibi: ⁊ cauterizetur cū caute
rio ignito: cuius forma sit: sit nucleus oliue
maioris: ⁊ ꝓcedat cauterizatio vsq̄ ad sup
ficiem ossis ⁊ obseruet̄ vt remaneat aperta:
vt emittat pus vsq̄ ad tempus quo tibi ma
nifestabit̄ ex ratione diminui pus: ⁊ egritudi-
nes catarrales tolli.

De ophthalmia.

Cura ophthalmie ē scd̄m duas inten
tiones vniuersalem scilicet: ⁊ ꝑticu
larem. Uniuersalis intentio diuidit̄
in sex res. Prima res ē ꝯmensuratio regis
Secūda ē subtractio materie exuberantis
Tertia ꝓhibitio catarri: ⁊ descēs⁹ ad oculos
Quarta ē scliatio ei⁹ ⁊ diuersio ad aliā ptē
Quinta est alteratio: ⁊ digestio eius: qđ est
trāsmissum. Sexta corrigit accidētia. Par
ticularis intentio diuidit̄ ī curationem ⁊ seda
tionem accidentium.

Primam igit̄ rem cōplēt cōmensu-
rationes regiminum rez sex quas
scis. Et ꝓpter diminuēdo cibū ⁊ po
tum vitādo euaporosa ex eis: ⁊ eligendo ci-
bos pauci nutrimenti: sed laudabilis: ⁊ ale-
uiando prandiū: ⁊ diminuendo cenā: vel di-
mittendo. Et si materia fuerit calida sint ci
bi frigidi actualiter: ⁊ potētialiter ⁊ ꝓpter cō
dita cū rob granatorū: aut cū agresta remis
se acetositatis. Et da ꝯgelata ex cucurbitis
aut ex alijs: ⁊ supra cibum da aliqđ ex coriā-
dro: vel qđ ꝯditur ex eo: ⁊ da ante cibū ī ma-
tutinis aquā psilij: ⁊ coriandri: ⁊ deuitet vi-
num ⁊ carnes in ꝑncipio: Et si fuerit frigi-
da sint cibi vitella ouorū ⁊ mica panis: ⁊ aq̄
carsis ⁊ sanie ⁊ cocleū ꝯfractum cum paucis
amigdalis. Et sumat in matutinis mel cum
aqua calida: ⁊ supra cibū aliqđ ex piris: aut
citonijs. Et sit studiū: vt lenificet̄ natura quā
tum possibile sit cū facilitate. Et sit in domo
in qua habitat temperatus aer: ⁊ tenebrositas
Somnus āt medicamē ē eis bonū. Uerum
supra repletionem vitetur ⁊ vitetur fatiga-
tio: ⁊ prauitas animi.

Secūdam rem ꝯplent phlebotomia
⁊ euacuatio cū medicinis solutiuis.
Phlebotomia āt ex cephalica ꝯue
niens ē omnibus spēbus eius ⁊ ꝓpter sāgui
nis ex latere opposito ꝑus: deinde ex late
eodem: si phlebotomationis iteratio neces-
saria ē. Et interdū non sufficit hec phlebot
omia ⁊ illud ꝓpter qm̄ materia fluit ad ocu-
los aut per arterias extrīsecas temporales
⁊ auris: aut per venas frontales: ⁊ tunc ne-
cessaria ē phlebotomia arterie tēporalis: vt
abscindamus cursum eius p ipsam. Et mo-
dus incidendi arteriam huius ē postq̄ tibi ī
notuerit illam eē: aut ex paruis arterijs aut
magnis qđ declarabitur tibi ex eo: qđ quod sue
nitur aliqua ex illis eē maioris pulsationis:
q̄ reliq̄ue: ⁊ maioris plenitudinis: ⁊ caloris
tactus: ⁊ tūc scinde cū incisorio cutim scd̄m
lōgitudinem arterie ⁊ excoria cutem vsq̄ dū
per venias ad arteriam. Deinde ingeniare
vt trahas eam cum vicinis separando ipsā
ex omni parte acuti: ⁊ carne. Et si ē ex par-
uis incide ipsam omnino ⁊ extrahatur ex san
guine extractio competens. Deinde imple-
atur vulnus cum aliquo quod sit cauterizās
extremitates arterie. Si autē fuerit ex ma
gnis liga eam cū filo de sirico forti in duob⁹
locis vt sit inter duas ligaturas distātia sic
policis. Deinde īcide scd̄m totam arteriam
in medio duarum ligaturarum vl̄ cauteriza
eam hec ē enim operatio scd̄m sapientiam.
Si autem descēsus materie fuerit p venas
frontales ꝯfert appositio sanguisugarum:
sup frontem: ⁊ appositio ventosarum in nu
ca cū scarificatione: vel sine si debilis fuerit
Est enim ipsa magni iuuamenti que si ñ ꝯfe
rat post solutionem cum medicina fiat caute
riam sup cubendeg. Est enim vltimum ī ab
scindēdo fluxum catarri. nos quidē diximus
formam cauterizationis huius in capitulo:
quod ē ante illud. Euacuationes autē que
fiunt cum medicina solutiua in materia cali
da sūt: que fiunt ex aquis fructuum ⁊ viola-
rum ⁊ mirobalanis citrinis: ⁊ fumi terre: ⁊
tamarindis ⁊ similib⁹ ⁊ decoctio capillorum
veneris dicta in antidotario: ⁊ aqua fructuū
⁊ infusio de succis herbarum: ⁊ alia quorum
rememorati sumus in canone. At si cum ma
teria calida fuerit ꝑmixtio materie crossen
di: ll ē: qđ magis ꝯferat q̄ īfusio de aloe cum
aliqua endiuie aut solatri: aut infusio iere pi
gre: cū eis: aut scd̄m quod narratum ē sepe
ex infusionibus iere pigre: ⁊ ꝓpter si mate-
ria fuerit submersa: aut imbibita ī velamini-
bus cerebri. Si autē materia fuerit frigida
flegmatica: fiat solutio cum pillulis cochijs
⁊ pillulis galieni: ⁊ iera colloquintidos ⁊ simi-

libus. Si vero fuerit melancolica educēda
ē cum eis: que ipsā educūt ex his que dicta
sunt neq̧ sis ꝯtentus in sufficientia vnius
euaquationis aut duarum: sed iteratio atq̧
iteratio ē ex rebus laudabilibus eis ꝛ ꝓpe
ꝓpie cum facilitate ꝛ ꝓpter qualiscunq̧ sit
materia.

T Ertiam āt rem cōplent phlobotomia ꝛ cauteria: que diximus ꝛ ēplastrationes sup tempora ꝛ frontē inter duo supercilia: et eis que dicemus iā: ꝛ ꝓpie quando materia que effunditur: via effusionis est per vias extrinsecas. Et q̄q̧ completur hoc ex rebus faciētibus stipticitatem ꝛ inspissationem vt ꝓhibeatur descēsus materie eius. Verum ēt interdum nocent quoniam que iā descēdunt materiā aggregant ꝛ ꝯstringunt inter tunicas oculorū ꝛ sunt eā maioris nocumenti. Quod si ꝯtingat administranda sūt euaporantia: qualia sunt aqua calida ꝛ aqua mellilori: ꝛ similia. Et ꝓpie vt ꝯsideres in curatione tua gradus tres ꝛ distinguas eos in ꝯsideratione ī digesti morbi: ꝛ accessus eius ad digestionē non integre ꝛ ad accessus ipsius ad digestionem in qua ē completio. Hoc enim ē: quod ē scdm̄ sapientiam. Et q̄nq̧ ꝯferant ad hāc partem administrationes de lacte: ꝛ gargarismata facta ex eoꝝ similia quoꝝ rememoratio ꝓcessit in capitulo de coriça: ꝛ catarro: ex eis que ꝯstringunt fluxum eius. Veruꝫ fieri oportet post mundificationem ꝛ ꝯcedātur solum aliqua ex eis que sumuntur p os que requirantur ibi.

Q Vartam rē complent gargarismata ꝛ caputpurgia cū facilitate diminuentia de materia scdm̄ quod exigit dispositio: ꝛ similiter fricationes extremitatum ꝛ compressiones: ꝛ ligature dolorose ī extremitatibus: ꝛ clisteria: ꝛ ventosationes ī nuca ꝛ inter spatulas ꝛ in emoroidibus ꝛ ꝓuocatio earū et scarificatio facta in cartilaginibus aurium ꝛ similia.

Q Vintam rem complent administrationes medicinarum scdm̄ intentiones diuersas. In morbi enim principio repercussiuis vtendū ē in quibus sit facilitas scdm̄ oēm modum administrationis. Deinde vtendū ē resolutiuis ꝛ non euacuāda sunt a ꝑmixtione istarum duarū Intentionum quecūq̧ medicine sunt inter illas vt ꝑtineātur gradatim ꝛ cū successione paulatī ab eo qđ ē repercussiuum vsq̧ ad resolutiuum quoniam hec ē operatio que ē scdm̄ sapientiā. Administrāda igit in ꝑncipio si materia fuerit calida que materiei acuitatē ꝛ inflāmationem reprimant: qualia sunt portulaca trita ꝛ superposita: ꝛ endiuia ꝛ solatrum in aq̄ rosata ꝛ lingua arietis: ꝛ herba viole ꝛ psillium īfusū in aqua rosata hec oīa singulariter vel coniunctim cū oleo rosato cōquassata ꝛ oculis posita sedant ꝛ digerunt. Distillentur autem in oculis lac mulieris nutrientis puellam lac asine: albumen oui: aqua rosata ꝛ mucillago psillij. Et post diem vtendum distillatione sief albi ꝑmum cū aliquo horum que diximus nūc ꝯsequēter admiscēde sunt his ꝛ ꝓpie cū iam lippitudineꝫ oculi habere ceperint sed nō integre ꝛ cursus lacrimarum subtilium ꝛ acutarum nō ē in ea ꝑseuerentia sicut ꝓus medicine aliquid resolutionis ꝛ maturitatis habētes sic mucillago seminum citoniorum ꝛ decoctio mellilori: et aqua fenugreci vtendo eis ꝓpie cum sief albo: secūdo cum collirio citrino. Si autē maturationis significatio vera adest que ē effusio lippitudinis ꝛ omnino abscisio lacrimaꝝ subtilium ꝛ acutarum tūc balneationis impressio ē medicamē verū. Subtiliat .n. ꝛ resoluit materiam ꝛ ē eius tunc medicameꝫ ꝓprium. Puluis aluminis ꝛ ꝓpie cū mucillagine fenugreci ꝛ seminis lini nō ꝓtermittatur ꝛ administratio balnei. Est .n. nobile ad opthalmium sic Hyppocrates dixit: ꝛ ꝓpe corpore mūdificato. Si autē materia fuerit frigida flegmatica: vtere ī ꝑmis repercussiuis nō plurime īfrigidationis sic ē sief: de spica cū succo mirre ꝯfortata cū modico spice: et succo rāni: ꝛ succo virge pastoris: similiter ꝯfortato cū spica ꝛ ī ꝓcessu vel cū signa maturationis apparuerint vtēdū ē emplastro ex anetoꝛ folijs malue coctis in vino stiptico aut ex mellilotoꝛ spica: aut fenugreco: ꝛ rosis coctis cum vino stiptico. Et distillet ī oculis sief de spica cū aquis mellilori: aut fenugreci et similium. Et si āplius signa maturationis appareant: vtēdū ē puluere citrino cū mucillagine fenugreci: aut mellilori: Balneuꝫ quoq̧ ī huiusmodi hora ē medicamen ꝯueniens ꝛ potus vini puri ꝛ albi. Si āt a ventositate fuerit curetur cū embrocis ꝛ balneis faciētibus euaporatiōem ꝛ emplastris. Et iāꝫ laudatus ē feniculis ī huiusmodi opthalmia scdm̄ omnem modum administratiōis eius. Et ēplastrū factū ex coꝛ vitello oui ē iuuamenti valde.

S Extãrem cõplent administratões medicinarũ doloris sedatiuarum.s. puncture: ꝛ mordicationis vehemẽtiam sedãtium: qualia sũt ꝓprie medicamenta sedatiua: scḋꝫ qḋ exigit dispositio ex narcoticis parũ habẽtia: ꝛ reperisse. Uerum ad ministrãda sũt cũ cautela: sicut proprie albumen oui cõquassatũ cũ aqua papaueris: aut mucillago psillij cũ aqua papaueris: aut cũ succo pomorũ mandragore: aut solatri: aut lactuce: ꝛ similiter mucillago seminũ citoniorũ cũ aliquo ꝑdictorum mucillago fenugr. ꝛ aqua mellilotí: aut aneti cũ aliquo ex eis. Et qñq; ꝓpter necessitatem vtendũ ẽ opio: Uerũ si accidat nocumẽtũ ꝓpter narcoticũ vtendũ ẽ lauacris: ꝛ embrocis ex reb⁹ in qb⁹ sit virtus maturitatis virtut narcotici. sic ẽ ꝓprie mellilotum: camomilla: fenugrecum malua: anetum: ꝛ similia.

H Amec filius Zegar. Emplastrum ↄferẽs dolori: et apostemati oculorum: ꝛ scabiei: ꝛ supercalefactioni. Recipe croci: myrre: olibani: opij: gũmi arabici: añ. Tere et cõfice cũ aqua rosata: ꝛ fac formulas et fac siccari: et qñ oportet accipe ex eis: ꝛ fac emplastrum cum aqua rosacea: aut albumine oui est. n. exptum.

I Dem. Aliud ad apostemata oculorum: ꝛ difficiles dolores: ꝛ facit egrũ dormire. Recipe trocisc. memithe: licij: aloes: gũmi arabici: akakie: ana. Tere ꝛ confice cũ succo rubi: ꝛ fac formas: ꝛ cũ opõtet dissolue vnam ex eis cũ succo rubi: aut solatri: aut mucillagine psillij: aut granorũ citonij: aut albumie oui: aut lacte mulieris lactantis puellam: ꝛ pone cũ lamina super oculum confert enim si deus voluerit.

I Dem aliud valẽs similiter qñ dolõ ẽ vehemens i oculis faciens dormire: Recipe mandragore: opij: iusquiami: añ. Tere ꝛ cõfice cũ aqua pluuiali: ꝛ expone soli quinq; diebus. Deinde fac formulas: ꝛ qñ oportet: dissolue vnam ex eis cũ aqua rosata: aut albumine oui: et line sup frõtem: ꝛ tempora: ꝛ si oportet line sup oculos

I Dem Aliud cõferens dolorib⁹ oculorum calidis. Recipe succi solatri: succi foliorum iusquiami: licij: croci: zuccari: camphore ana albumis oui quantũ sufficit. Utere cũ coto: sedat. n. illa hora.

F Ilius Zacharie arafi. Cõfectiõ emplastri ꝓhibentis fluxum ex oculo. Recipe aloes: acacie sief: memithe licij: croci: boli: gũmi arabici. Liniant supra frontem cũ albumine oui. Et si est supracalefactio vehemens addat eis sãdali rubei: ꝛ saufel ana pugil⁹. i. ꝛ liniat cũ aqua coriandri humidi: ꝛ endiuie ꝛ aqua rosatũ.

I Dem. Cõfectio emplastri ad dolorẽ vehementem in opthalmia. Reci. coriandri: mellilotí: croci: seminis lini: tortellarũ de seniana. Tere ꝛ cõfice cum vino stiptico: ꝛ fit ẽplastrũ sup palpebras:

A Aboali. Emplastrũ sedãs fluxum mater eiad oculũ. Recipe sief: memithe: aloes: seminũ rosarũ: croci: sarcocoll: ramic: sanic: dadei: balaustie añ. Cõfice cum succo solatri: ꝛ fac ẽplastrũ ex eis.

I Dem ad doloris vehemẽtiã. Recipe succi lactuce: succi pomorũ mandragore: succi papaueris: ana ptem ꝛ albuminis oui ptes. iij. Cõquassetur: ꝛ vtere cũ coto bonũ ꝛ expertũ.

I Dem. Epithyma cõferẽs ad dolorẽ vehemẽtem: ꝛ multitudine materiei Recipe sanic: dadei. ʒ. xvi. iusquiami albi. ʒ. viij. thuris. ʒ. vi. myrre succi: mandragore oñ. ʒ. iiij. op. ʒ. ij. croci: rosarũ recentium ana. ʒ. ij. vitellum oui vni⁹ assi. Cõtere ꝛ confice cum vino stiptico ꝛ fiãt forme. Et qñ oportet administrat vna cũ eo quod cõuenit ex liquoribus.

I Dem. Aliud faciens similiter ad dolorem calidum. Recipe croci: mirre aloes: olibani: opij: sarcocolle ana. Fiant forme: ꝛ sup frõtẽ ꝛ oculũ line i pricipio doloris cũ aqua endiuie aut portulace: aut solatri: aut iusquiami albi: aut coriandri humidi.

I Dẽ. Aliud. Recipe sanic: dadei. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. croci. ʒ. ij. Cõfice cũ succis ꝑdictis: ꝛ vtere sup opthalmiã calidam.

E Tiã Serapionis. Emplastrũ faciens stipticitatẽ: ꝛ ↄferẽs i pricipio. ꝛ ꝓhibẽs fluxũ materiei ad oculos Recipe foliorũ solatri: ꝛ virge pastoris: ꝛ arnoglosse: ꝛ endiuie ꝛ portulace: ꝛ tenerita rũ rubi ꝛ foliorũ viris: ana fac farina dadei emplastrũ: ꝛ oleo rosaceo ꝛ aq̃ decoctõis papaueris.

I Dem. Qñ accidit qḋ egritudo ↄseqtur vestigia maturatõis: tũc misceas i ẽplastris vitellũ oui mucillagines fenugreci: ꝛ seminis lini mellilotí: ꝛ camomillam cum media pte croci: ꝛ oleo rosa

reo ſimul incorporatis: ſup impone.

Filiꝰ Zeçar. Sief albū quo vtēdū ē ī ꝓncipio opthalmie calide cū dolorē vehemēs. Recipe gūmi arabici. dragaganti: amili: ana. ʒ. iiij. ceruſe lote. ʒ. vi. opij. ʒ. i. Diſtempera cū albumine oui: vł cū aliquo q́ ꝯuenit ex liquoribus.

Hē. Sief aliud albū ꝯferē ī opthalmie ī augmēto ⁊ ſedat dolorē: Recipe ſarcocollē nutrite ī lacte aſine ʒ. v. amili. ʒ. iiij. dragagāti. ʒ. iij. opij. ʒ. i. olibani. ʒ. i. ⁊. ſ. ceruſe ablute. ʒ. vi. Tempera cū aqua pluuiali.

Filius Zacharie araſi. Sief albuꝫ ꝯferens opthalmie ⁊ doloribꝰ oculorū. Recipe ceruſe ablute. ʒ. x. ſarcocolle croſſe. ʒ. iiij. amili. ʒ. ij. dragaganti. ʒ. i. opij. ʒ. ſ. Fiant trociſci parui.

Sief aliud albū deſcriptōe Rhaſis ꝯferens opthalmie ī principio: ⁊ augmento eiꝰ. Recipe ceruſe. ʒ. x. gūmi arabici amili: aā. ʒ. v. ſarcocolle nutrite ī lacte aſine aut mulieris. ʒ. x. dragaganti. ʒ. iij. opij. ʒ. i. ⁊. ſ. Confice cum aqua.

Sief albū deſcriptōe Alexādri. Expertū ad opthalmiā calidā cū nimio dolore: ⁊ ē mirabile. Recipe climie putei lote: deinde aduſte: ⁊ extīcte in lacte mulieris. ʒ. x. ceruſe lote. ʒ. viij. ſcorie ferri. ʒ. iiij. opij. ʒ. ij. dragagāti gūmi arabici ana. ʒ. iiij. Cōfice cū aqua pluuiali.

Sief citrinum deſcriptōe eiuſdē ꝯferēs doloribꝰ vehemētibꝰ opthalmie. Recipe climie ſcdm ſuperiorem doctrinā ꝑparate. ʒ. viij. ceruſe lote. ʒ. xv. croci. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. dragagāti. ʒ. ij. aque pluuialis q̄ ſufficit. Vtere cum albumine oui.

Sief citrinū aliud mirabile deſcriptione eiuſdē plus operatiuū aliis: repſimit .n. magis ſupfluētes materias. Recipe amili. ʒ. xxi. ſief memithe. ʒ. viij ſarcocolle: dragagāti: gūmi arabici aā. ʒ. iiij croci. ʒ. ij. ⁊. ſ. myrre. ʒ. i. opij. ʒ. ij. Confice cū aqua pluuiali.

Sief roſatū deſcriptōne eiuſdē efficax: ⁊ exptū ad eā q̄ virtutēꝰ ſuperiꝰ. Recipe foliorū roſarū. ʒ. xv. croci: ʒ. viij. opij. ʒ. ij. ſpice inde. ʒ. ij. gūmi arabici. ʒ. viij. aque pluuialꝭ qꝫ ſufficit. Fac .n. ad doloris vehemētiā: ⁊ ad fluxū materie ſbtiliū acutarū.

Abor rex medorū. Cōfectio collirij citrini ſblīmis ad opthalmiam ⁊ dolorē vehemētē ꝯfert .n. ſtatī. Recipe ſarcocolle. ʒ. iiij. ceruſe: amili dragagāti: gūmi arab: aā. ʒ. ij. opij. ʒ. i. croci. ʒ. i. ⁊. ſ. Sla poſt opiū terre ⁊ redige ī ſubtiliſſimū puluerē: ſicut alcohol opiū aūt diſſolue ī aq̄ roſacea: aut lacte mulieris ⁊ miſce cū aliis ꝯterēdo ī vaſe lapideo ꝯtritōe multa vſq; dū fiat liquidū: ſicut mel currēs ⁊ vtere expertū ē.

Hē. Sief de ſpica conferēs opthalmie cuiꝰ materia ē frigida ⁊ ē cū diuturnitate. Recipe ſarcocolle. ʒ. v ſpice. ʒ. ij. folioꝝ roſaꝝ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. opij: aloes aā. ʒ. i. gūmi arabici: amili: dragagāti ana. ʒ. i. Cōfice cū aq̄ pluuiali: ⁊ fiat ſief: ⁊ vtere. Cū aūt maturatōis ſignū appareꝫ ꝯficiat ſief huiꝰ cū ſucco cappariſ: expertū ē.

Abemer araſi. Cōfectio pulueriſ albi cuiꝰ opatio ē mirabiſ ad opthalmiā calidā: ⁊ vehemētiā doloris. Recipe ſarcocolle nutrite ī lacte aſine aut mulieris. ʒ. x. amili. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. ⁊. ſ. cāphore. ʒ. ſ.

Hē. Puluis alꝰ cuiꝰ ꝓpetas ē abſcīdere lippitudinē q̄ ñ ē ſanies mixta. Recipe ſarcocolle. ʒ. x. ſpūa maris. ʒ. i. çuccari. ʒ. iiij. teraſ ⁊ adminiſtretur.

Hze. Cōfectio pulueris citrini cuiꝰ iuuamētū ē ī fine opthalmie: ⁊ ē eiꝰ ꝯpreſſio forē. Recipe ſarcocolle. ʒ. x ſief memithe: ʒ. iiij. litij aloes aā. ij. croci. ʒ. i. et ſ. ſpuma maris. ʒ. ſ. teraſ ⁊ adminiſtreſ.

Amec. Puluis ꝯferens calide opthalmie. Recipe ſarcocolle ſief memithe: aā fac puluerē: ⁊ vtere cum albumine oui.

Saac. Puluis citrinis ꝯferēs opthalmie q̄ ꝯſeq̄tur declinatōeꝫ: ⁊ opthalmiā difficilē ⁊ adherētē. Recipe ſarcocolle nutrite. ʒ. x. croci: ſpice: aloes: ana. ʒ. i. teratur ⁊ adminiſtretur.

Amec filiꝰ Zeçar. Cohol ꝯferēſ cū auxilio dei apoſtemati q̄d ē ī ꝯiūctiua: ⁊ īflāmatiōi oculoꝝ ⁊ fluxui materierū ⁊ lacrīaꝝ ⁊ pruritui: ⁊ vtere mā ⁊ ſero exptū. Recipe tucie: lapidis ematitis: aā. ʒ. iij. licij: acatie: climie auri. aā. aur. i. ſpice: opij: ſumach: aā. ʒ. ſ. amili aur. i. aloes rubei bō. ʒ. i. çuccari: tabarçet. ʒ. iij. Fac puluerē ſbtiliſſimū ⁊ ībibe vice vna cū aq̄ mirobalanoꝝ: citrinoꝝ: ⁊ alia vice cū ſucco feniculi ⁊ tria vice cū ſucco coriādri viridi: ⁊ quarta vice cū aq̄ ſumac. Et ſi ē tēpꝰ granatoꝝ ībibe vicibꝰ duabꝰ cū ſucco granatoꝝ mixtoꝝ ł cū ſucco granatoꝝ dulciū ⁊ acetoſoꝝ. Deinde miſce cū eis camphore. ʒ. vnius quartā

Deinde iterū tere: ⁊ cerne: ⁊ pone in vase vitreo: ⁊ fiat cū eo alcohol mane: ⁊ sero.

De doloribus oculorum.

Administrantur medicamina que sunt sicut oleum nardinum: costinum: sansucinum: oleum de ruta: oleum de amigdalis amaris: oleum de camomilla: oleum anetinum: oleum laurinum: oleum de lilio: oleum de keiri: oleum de narcisco: oleum de persicis: oleum de crisomillis: oleum de been proprie: oleum de heruca: oleum de cinamomo: Quodcunque horum fuerit approximatum habet ad dolorem auris a frigida causa factum: aut ventosa. ¶ Fundamentum autem et materia preparationis singulorum eorum artificialiter est cepe cauatum: in quo oportet parari et decoqui cum facilitate in cinere prunarum: Et ex rebus admixtis eis sigillantibus ipsis virtutes mirabiles cum bonitate decoctionis in cepe cum eis est ruta propter succum radicis: que comeditur: et spica: et sansucus: et seba: et camomilla: et galbanum dissolutum in succo porri et succus porri per se: et aleum: et castoreum: et piper: et succus succus cepe: et succus pharasionis: et origanum: et succus afodili: et eufoebium: et elleborus niger: et albus prope. Et non est inconueniens in huiusmodi permixtionibus admisceri mellis modicum deinde tepidum distillet. Si autem dolor est fortis ex miscibilibus bonis est opium cum pauco castoreo: et croci: aut filonium cum lacte: aut trocisci stelle: aut trocisci de croco. Deinde remoue nocumenta narcotici cum eis que scis. Ex vaporationibus autem siccis est milium: aut panicum et sal calefactus: et suppositus: aut bacce lauri cum melle: pauco calefacte: et superposite: aut pulegium cum melle: et olibano: aut grana lauri et olibanum cum succo rute: vel aneti. Et dixit galienus Sacelletur ex furfure cum vino cocto: et oleo nardino: aut rutaceo: Cepe marinum tansum: et oleo aut butiro coctum expertum est. Euaporatorium humidum fit cum aquis decoctionum rerumque maturant: et carminant: et mollificant sicut melliloti proprie: et aneti: et camomille: et fenugreci: et volubilis: et foliorum caulis: et seminum eius: et herbe venti: et sansuci: et absinthij et similium singulariter: aut coniunctim: ita vt recipiatur vapor eorum per canalem: cuius vna extremitas sit fabricata super vas in quo res coquantur: et alia extremitas applicetur auri. Et quandoque est necesse vt misceatur cum his rebus aliquid ex stupefacientibus: vt sedetur vehementia doloris: et tunc fiat illud cum cautela. Remouent autem nocumenta narcotici vapores superius dicti cum modico castorei: et croci: et piperis: sicut scis.

Saliensis. Linimentum quod administratur: et sedat dolorem auris, accipe medullam cerui: aut medullam cruris iuuenci: cere: ana ℥. v. oleum de narcissis: aut de amigdalis amaris: et succum gerageni quantum sufficit. Fiat ex eis vnguentum: et vnge in circuitu auris: est enim mirabile.

Idem. Aliud valens similiter: radices cum oleo decoque: et distilla ex eo in auribus: et cum lana calida suppone.

Idem. Vermes qui sunt sicut faba media: et inueniuntur sub lapidibus aut vermes plurium pedum coquantur cum oleo ex oliuis inmaturis: et distillet ex eo in aurem: est enim expertum. Fit etiam similiter ex scarabeo: et ex lumbricis terre. Oleum similiter de scorpionibus est ad illud sublime.

Idem fel thauri cum adipe anatis est iuuamenti mirabilis ad dolorem auris a causa vehementer frigida.

Mahemet arasi. Confectio medicaminis de quo distillatur in aurem: et linitur ex eo in circuitu eius: et sedat dolorem frigidum et ventosum. Recipe castorei euforbij opij storacis: liquide: piperis foliorum rute: calamenti: sinapis: ana. fiant ex eis trocisci: et dissoluantur in oleo nardino: aut costino: et coquantur in concha cepe: et distillet in aurem: sedat dolorem auris.

Hamec in vrina tauri: aut caprarum si dissoluatur myrra: et distilletur in aurem sedat dolorem auris.

Ysaac ad dolorem auris. Recipe bauracmel bonum: et oleum rosatum et acetum: et misce: et pone in aurem: expertum est.

Hez accipe mellis crudi: et olei lau rini partes equales: contunde et pone in aurem: expertum est.

Hec unctio conferens ad dolorem auris. Recipe mellilori .ʒ. ij. camomille sansuci an. ʒ. i. s. aque lib. i. et s. bulliant usque ad lib. s. Deinde pone olei de keiri: et olei violarum: sisamini an. ʒ. ij. Decoque ad consumptionem aque: et utere.

Gabriel. Linimentum conferens dolori auris expertum. Recipe aristologie longe: seminis capparis: fenugreci an. aur. ij piperis longi. aur. i. ameos: aloes: foliorum sansuci an. ʒ. s. ellebori. ʒ. i. et quartam alterius: aque lib. s. olei. ʒ. i. Bulliantur usque ad consumptionem aque: et utere multociens: bonum.

Diascorides. Recipe radicem que comeditur: et calefac super cinerem et calidam mitte in aurem: et fac multociens.

Item succus mente: et mel ut sint de singulis partes equales: et distilla ex eo in aurem: bonum est.

De bothor et apostemate aurium.

Si fit calidum: cura eius est phlebotomia: et lenificatio nature: et proprie phlebotomia cephalice cum multa sanguinis extractione si est possibile: et si non est: cum iteratione: et distilletur in aure in principio quod est sic oleum rosarum in quo iam consumptum fuit acetum: usque ad dies duos aut tres: et obseruetur regimen in vehementia doloris ne deficiat virtus et faciat cadere in sincopim: et sudorem frigidum et pmixti omnem rationem: et mortem: quare distilletur in ea distillatione post distillationem ex oleo iobroch cum lacte noviter mulso: et si excusari aliter non potes cum modico ciphore aut opii exhibe. et postquam preterierit tercium diem distilletur in ea mucillago seminis citoniorum: aut fenugreci: aut altee: et seminis lini. Si autem apostema non fuerit vehementis caliditatis: distillanda sunt aliqua ex mucillaginibus cum adipe galline: aut anatis: aut medulla cruris vituli: et expertum est. Diachilon dissolutum in oleo anetino: aut camomellino. Et expertum est: diaquilon minus cum oleo de alcanna. Et ex eis que sunt ultimi iuvamenti: est isopi cerotum: quod dicemus. Et confert administratio evaporationum humidi quod diximus.

Iohannes Serapionis. Emplastrum conferens ad apostema auris. Recipe farinam ordei: et decoque cum rob: et oleo de camomilla.

Aliud. Recipe farinam fabarum: camomillam: violarum: succum: farinam ordei: alteam: mellilotum. Decoque cum aqua: et oleo camomillino: et rob: et utere.

Hec medicamen quod resolvit: et maturat apostemata que sunt in auribus. Recipe farinam fabarum: et fac emplastrum cum expressione caulium: et oleo de lilio. et suppone.

Haly abbas. Isopi cerotum: cuius iuvamentum est sublime ad apostemata aurium maturanda: et sedans dolorem: bonum si deus voluerit. Recipe adipis galline: butiri ovini: seu vaccini lori: cere citrine: adipis capre: mellis: olei de lilio: isopi humide de singulis partes equales. Fiat ex eis cerotum: et tepidum intromittatur: et liniatur in circuitu: expertum est.

Hec. Confectio emplastri sedantis dolorem ad dolorem: et apostema aurium. Recipe cepe album: et ei ixerez: et pistetur cum butiro: et utere.

Albemet arasi. Confectio emplastri sedantis dolorem aurium apostematum. Recipe bdelii: adipis caprini an. ʒ. iij. farine fenugreci: et seminis lini: radicum altee radicum lilii: an. ʒ. v. melliloti camomille: an. ʒ. i. croci. ʒ. i. vitellum unum ovi citri. Conficiuntur autem sic camomilla: mellilotum: radices altee: et radices lilii: coquantur in aqua usque dum cocta sint: bdelium dissolvatur in succo cepe: aut in aqua decoctionis herbarum. Et ex omnibus his et ceteris fiat emplastrum: postquam additur rob: et olei sisamini: aut de lilio an. ʒ. ij. butiri quantum sufficit. Coquantur omnia usque dum pinguescant: et emplastretur cum eo. Et quandoque propter necessitatem additur ei opii. ʒ. ij. et est mirabile. Et quandoque pro opio papaveris albi. ʒ. vij.

De sonitu et tinnitu aurium.

Fit quandoque propter debilitatem: sicut accidit convalescentibus. Et cura eius est cum resumptivis: et addendum ad virtutem corporis: et regimen convalescentium sicut scis. Et quandoque fit propter adventum crisis: et est silendum et descendum in eo. Et quandoque fit propter abundantiam: et repletionem superfluam in capite. Et cura eius est solutio et evacuatio cum iera diacolloquintide et cochiis et similibus cum iteratione: et iteratione. Deinde fiant instillationes: et emplastrationes post embrocationes: et evaporationes per tractatum ex his que dicemus. Et fit quandoque a ventositate grossa: et conferunt ei caputpurgia: et sternutationes post mundificationem radicum et distillationes note: et proprie cum oleo de canna et modico de euforbio: aut oleo ruteceo: et castoreo aut oleo de bec cum modico succi porri. et quandoque fit ex coartatione humo-

grossoꝝ: ⁊ viscosoꝝ: Et cōfert i hoc nitꝝ cū melle: ⁊ aceto aut ellebor⁹ albus cū castoreo ⁊ melle: ⁊ aceto: ⁊ oleo de been.

Hamech filius Zegar. Oleū rafani cum oleo rosato: ⁊ succo porri ⁊ felle ouium ɔfert tinitui ⁊ sibilo aurium. Succ⁹ porri cū oleo rosato ⁊ lacte mulieris ⁊ castoreo valet similiter.

Vnguētū ex inuentiōe nostra valēs cū auxilio dei sonitui auris: ⁊ grauedini audit⁹ propter ventositatem grossā: ⁊ materiam frigidam. Recipe ellebori albi: castorei: costi: ana. ℨ. i. rute: nitri piperis longi ā. ℨ. vnius partes. ii. euforbii. ℨ. vnius tercii: deinde accipe succi radicis q̄ comeditur: succi porri: olei nardini: camomillini: olei de amigdalis amaris: olei anetini ā. ℥. i. coquantur ad succorum consumptionem cola ⁊ vtere: expertum est.

Iohannes Sarapionis. Si tinnit⁹ a ventositate contingat: ⁊ inflatione. Recipe eufor. ℨ. i. ⁊ resolue in oleo de alcanna: ⁊ vtere aut castoreū cū oleo rutaceo: aut oleum de been cū succo porri.

Item si ex materia grossa coartata i auribus cōtingat vaporet auris p traiectoriū. Deinde istilletur medicamē quod. Recipe ellebori albi castorei: nitri: ā. ptē. i. croci. partis vnius q̄rtā. Misce cū oleo sisamino ⁊ aceto: ⁊ distilla i aure.

Alexander. Ad ɔsum̄mos auriū sonitus ⁊ tinitus mirabilis. Recipe euforbii: ⁊ dissolue i oleo cipino: ⁊ vtē.

Filius Zacharie arasi. Recipe camomillā: sansucū calamētū: sebā: ysopū siccam: absinthium: bulliant i vase sup quod ponatur traiectorium: ⁊ recipiatur fumus eius: confert enī post corporis mundificationem.

Item. Si fiat sonitus auriū ppter debilitatem succedentē febribus: distilletur i aurem acetū decoctionis absinthii cum oleo rosato.

Albohali. Medicamen expertū ad sonitum: ⁊ tinitum auriū. Recipe gariofiloꝝ: seminis porri: ā. ℨ. i. musci grana. ii. Distillentur cum aqua sansuci: aut foliorum pini: aut rute.

De debilitate auditus: ⁊ surditate.

Que natiua ē nō inuenit curā. Que aūt antiq̄ ē vix recipit curā. Que aūt fit ppter apostema: aut bothor: dixi-mus ei⁹ curā. Si aūt fiat ppter saniē i aure aut ppter aliq̄d q̄d intrauerit i aure: sicut ē lapis: aut faba: dicem⁹ curā eoꝝ. Et quādoq̄ fit ppter ɔstipationē colere i corpore: ⁊ fit earū redūdatio ad aures: sicut Hyppocrates dixit. Et ɔfert i huiusmodi vt euacuet colera euacuatiōe post euacuatiōez. Et fit etiā ex eisdē causis: ex q̄bus fit sonit⁹: ⁊ tuba i aure: sicut ē repletio: ⁊ coartatio humoris grossi. ⁊ viscosi: ⁊ vētositas grossa: Et nō differūt: nisi fm fortē ipssionē ⁊ debilē. Facta enī debilis ab eis ipressio facit tubā: ⁊ sonitū. Ex forti enī ipressione: tharas. Quāobrē, curā adhibeas: sic dixim⁹ illic. Fit etiā ex veruca: ⁊ carne addita: ⁊ raro ppter loci nobilitatē habet curā. Interdū tamē curat: ⁊ ꝓpue cū administratione medicaminis acuti vna vice post aliā vsq̄ dū ɔsumatur caro addita: aut veruca. Deide curet medicamine icarnatiuo. Et quādoq̄ fit ppter sordes: q̄ sūt i aurib⁹: Et ei⁹ ē cura: vt extrahāt ⁊ afferant ad locum hunc: que diximus in capitulis: que sunt ante istud.

Mahemet fili⁹ Zacharie arasi. Confectio medicaminis ad grauē auditū: ⁊ tinitū auriū: bonū. si de⁹ voluerit. Recipe pulpe colloq̄ntide. ℨ. ii. baurac. ℨ. vnius tercias. ii. castorei. ℨ. i. succi absinthii. ℨ. i. aristologie rotūde. ℨ. i. euforbii. ℨ. vni⁹ tercii: costi. ℨ. s. fiat sief cū felle vaccino: ⁊ distillet cum oleo amigdalino amaro. Et hoc post euaporationem in traiectorio.

Alexāder. ad idē expertū: ⁊ ꝓprie si fiat surditas ex humore frigido oppilāte: ⁊ ē expertū. Recipe elleboꝝ albū castoreū: nitꝝ: piretꝝ: coquāt i vino forti deide cola ⁊ distilla ex eo in auribus: primo tamen sternutamenta prouocentur.

Itē ɔfectio trociscoꝝ auferētiū surditatē ⁊ grauedinē audit⁹ ⁊ sūt expti. Recipe ellebori albi: castorei ā. ℨ. i. nitri. ℨ. s. fiant trocisci cum aceto ⁊ administrentur cum aceto.

Itē fiat puluis ellebori albi cū aceto posit⁹ cū licinio. Fili⁹ Sarapionis. Cōfectio trociscoꝝ q̄rū operatio ē visa ad oppilatiōez ⁊ tharas q̄ꝝ pmittio. Recipe ellebōi albi. aur. ii. nitri. aur. viii. croci. aur. iii. ɔfice postq̄ bene ɔterit cū aceto ⁊ fac trociscos ⁊ adīstrēt cū aceto ⁊ sūt. n. ad

Alexāder. quādo surditas: ⁊ mirabiles ɔtigit ex colerico humore i aurib⁹ coartato ⁊ h̄ restricto fluxu colerico abūdare ɔsueto

tūc prouocato eo ꝛ educto ꝑ ventrē: soluit
surditas: sicut ex Hyppocratis doctrina col
legimus. Si āt ex crudis: ꝛ viscosis ꝯtingat
humoribꝰ: fortiora sūt adhibēda medicami-
na: Difficilius em̄ morbꝰ soluit. Dandū est
igit oximel: qđ Iuliano presidi factuꝫ fuisse
testatur ab Oribasio: aut iera galieni cū ite
ratione: ꝛ iteratione: aut dādū ē hoc medica
menquod. Recipe salis armoniaci: piperis
añ. ʒ.ij. euforbij. ʒ.i. Dabis ex eo. ʒ.iij. aut v
ij. cū ouo sorbili: aut idromelle: ē.n. mirabile
etiā ad vertiginē: ꝛ epilepsiā: ꝛ mulieribꝰ mē
strua potenter educit. Postq̄ aūt purgatꝰ
fuerit gargarismata ꝛ sternutationes neces
sarie sūt. Veꝝ gargarismata fiāt ex staphi-
sagria: ꝛ sinapi. cū mastice. Sternutationes
autē ex elleboro albo: ꝛ pipere. Vltimo ve-
ro distilla sanē q̄ morbū soluāt ex his: q̄ di-
ximus. Si autem adhuc passio permaneat:
ꝓuocet vomitus cū facilitate: ꝛ iteratiōe cū
eis: q̄ sūt: sicut elleborus albus cū propriesa
te i hoc: ꝛ iterata expurgatione: ꝛ gargaris-
mate: ꝛ aliꝭ que superiꝰ diximus. Equitare
aūt ꝑ loca arenosa: ꝛ dec iuta: ꝛ euectiones
cū curru: ꝛ balneationes i aquis thermaruꝫ
ꝛ salsaꝝ ad hoc multū cōferūt remouenduꝫ
Et credo quod surditati facte a materia fri-
gida: aut ventosa cōferūt olea calida: sic co
stinum ꝛ anetinū ꝛ oleū balsami proprie ꝛ si
milia: quoꝝ rememoratī sumus i doloribus
aurium. Et pulpe colloquintide: aut succo
cucumeris asinini: aut radicis eius. inest ꝓ-
prietas mirabilis cum aliquo ꝑdictoꝝ ole
orum. Et ex eis ē oleū nardinuꝫ cū castoreo
ꝛ similiter fieꝭ factuꝫ ex aloe: castoreo: ꝛ pul
pa colloquintide partibus equalibus: cōfice
cū felle vaccino: ꝛ instilla cū oleo rafani aut
aliquo oleoꝝ calidorum. Et oleū rafani: ꝛ ole
um staphisagrie sunt experta sūt: ꝛ expertus ē
puluis ellebori albi cū aceto instillatus i au
rem: aut missus in aurem cum licinio.

De vlceribus aurium.

Quedā ex eis sūt manifesta: ꝛ habēt
genera curatiōis nota sicut diximꝰ
in capitulo de algarab. Quedā ve-
ro ex eis sunt occulta posita i profundo. Et
sunt ex eis quedā i quibus nō multū preteri
it tēpus. Et alia que sūt cronica antiqua in
quaꝝ curatione puenimus administrando
regimen subtiliatiuum i his q̄ comedantur
ꝛ bibantur: ꝛ ceteris: ꝛ mundificando corpꝰ:
ꝛ etiā capitis solutionibus factis cum itera-
tione: ꝛ iteratione. At si vlcus recens fuerit
duplici eget genere curationis.

Primum ē mundificatio: ꝛ abstersio
cum eis q̄ sunt abstersionis medio-
cris: sicut ē aq̄ mellis proprie: aut vi
nū cū melle: aut acetū cū melle: aut oximel
squilliticum: ꝛ similia factis ex eis iniectiōibꝰ
post iniectiones per siringā: aut per aliquid
aliud quod est sicut canellus penne subtilis
Deinde cū bōbice aut lana subtili abstergat

Secundū genus curationis ē exica
tio: ꝛ consolidatio eoꝝ cū eo quod ē
mediocris exicatiōis sine mordaci
tate multa: sicut ē proprie olibanū solutum
cū vino: aut sarcocolla: ꝛ olibanū solutū i vi-
no: ꝛ melle pauco: ꝛ expertum bonū. Et ex
eis ē myrra: ꝛ aloes dissoluta in vino: ꝛ san-
daraca i hoc ē mirabilis: ꝛ proprie trita cum
vino: ꝛ melle: ꝛ immissa cū licinio. Sanat.
ꝛ dolorē tollit. Et similiter alumen cū ace-
to tritū cōtritione vltima expertū ē. Et simi
liter licinium cū fieꝭ medicinis: Aluminis:
rum: ꝛ myrra: ꝛ aloes: ꝛ sandaraca: ꝛ sarco
colla cū melle: ꝛ vino sūt ex summa coꝝ. Et
similiter sanguis draconis: Sic fieꝭ medicine
sarcocolle: myrre: aloes: spume maris: olib
ani añ. ps. i. aluminis adusti ps. iij. ꝛ. s. Terant
cōtritione vltima cum melle ꝛ vino vsq3 di
fiat i terminū mellis tenuis. Deinde vtat
cum licinio.

Si autē antiquum cronicum fuerit
triplici eget genere curationis. Et
primum q̄dem est mūdificare: ꝛ abster
gere vlcus aurium a putrefactione: ꝛ corru
ptione fetida: cum eis que sunt vigorose ab
stersionis: nō nimis fortibus in principio: ꝛ
ꝓueniatur paulatiꝫ ad ea q̄ sūt fortiora. Et
rebꝰ generꝫ mediocriū ē vrina pueri cū mel-
le: ꝛ absinthio cū vino: ꝛ melle: ꝛ modico sal
gēme ꝛ oximel squilliticū cū modico floris eris
ꝛ fortius est alchitran cum melle: ꝛ ex his est
vinū decoctionis radicum lilii. cū melle: aut
succus affodillorum cum melle: ꝛ modico sa
lis gemme. Et confert succus foliorum ru-
cis: cum melle: ꝛ vino. Et adhuc fortius eis
est fel thauri cū vrina pueri: ꝛ hoc apud ve-
hementiā putrefactionis: ꝛ fetoris. Et com-
positis vltimis: ad hoc est vnguentū egyp-
tiacum quod diximus in antidotario: ꝛ pro
prie solutum in vino aut aceto: ꝛ distilletur
i aurem: ꝛ est mirabile. Et similiter vnguen
tum de flore eris: aut medicamen huiusmo-
di compositum. Recipe floris eris: ꝛ tubel
eris añ. ʒ.ij. succi porrorum mellis puri añ.

.ʒ.i. vrine pueri quantum sufficit. Terat usq; dum fiat sicut mel: et utere.

Secundum genus curationis est incarnatio et reparatio eius quod iam per putrefactionem deperditum est: et hoc quidem perficitur cum rebus mediocris exiccationis absq; mordicatione vehementi: et sunt ea propter que quoniam in consolidatione vulnerum non antiquorum rememorati fuimus.

Tertium genus curationis est exiccatio et consolidatio ulceris cum rebus exiccantibus: et consolidantibus in quibus sit permixtio aliquorum acuitatem habentium: sicut mirra: aloes: thus: et similia: quorum processit rememoratio: quibus admisceant aliqua que sunt sicut colcotar: flos eris: et similia: et nos tradimus compositiones solennes quarum una pertinet ad hanc partem.

Filius Zacharie arasi. Confectio medicaminis ad ulcera que fiunt in aure est experta. Recipe sarcocolle sanguinis draconis: olibani: spume maris: mirre: boli armenici: scorie ferri: floris eris: aloes: et oleorum ana partes equales. Terantur contritione subtili: et ex media parte eius fiat sief: et distilla ex eis in aurem cum aqua mellis aut melicrato: aut oximelle: et ex alia medietate involuto licinio in melle: et in medicamine mitte in aurem lota prius ex aceto et aqua et exiccata cum bombice: aut lana.

Iohannes Serapionis. Unguentum egyptiacum conferens ad ulcera sordida: et putrida: et fetida: sive in aure: sive ubicumq; sint per corpus: et ad fistulas: et ad ulcera maligna que sunt in locis absconsis: et inferiori: et indigent abstersione. Recipe mellis dispumati. ʒ.iiij. aceti boni. ʒ.iij. eruginis. ʒ.i. confice igne levi usq; dum mellis habeant spissitudinem: est enim abstersivum sublime.

Item. Modus confectionis scorie ferri cuius iuvamentum est sublime ad ulcera que fiunt in aure. Recipe scoria ferri: et lava eam cum aceto forti postquam triveris eam vehementer. Deinde exiccetur super latere calido: deinde fiat similiter usq; septies: deinde teratur usq; dum fiat sicut pulvis subtilis: et decoquatur in aceto decoctione vehementi usq; dum habeat spissitudinem mellis: et distillentur ex eo in aurem: aut intromittatur cum licinio.

De vermibus in aure.

Vermes in aure indigent medicamine necante eos in primis. Deinde ingenio educendi eos ne propter remanentiam eorum accidat putrefactio: et ulcera. Et primum quidem perficitur cum medicinis quibus est proprietas super hoc: sicut amaris proprie: et acutis: et acetosis: et quandoq; ingeniatur: et datur medicine que sunt venenum eis cum permixtione dulcedinis ut avidius recipiant. Res autem quibus est proprietas necandi eos: sunt sicut absinthium proprie: et farasion: et centaurea: quorum coctum cum vino et distillatum. Et calamentum est fortius his. necat enim vermes: et dolorem sedat: et proprie succus eius: et similiter succus capparis. Fel bovis albi distillatio facta cum vino experta est. Et similiter scamonee dissolute in aceto: et aloes cum vino et succo capparis: aut calamenti. Valet etiam cucumeris agrestis succus cum radice eius et succus foliorum persicorum cum aceto: et succus radicum mori. Et bonis mirabilibus cum eis sunt fella: aut euforbium. Et oleandro sunt proprietas mirabiles. Et dixit Galienus: Si cetera non conferant: sulphur vivum et calx viva terantur: et ex eis cum melle fiant trociscis: et distillentur ex eis in aure cum aceto. Et alkitran distillatus in aure est ex eis que ultimo necant eos. Et similiter succus cucumeris asinini: aut calamenti cum scamonea: aut sinapis semen cum succo iusquiami.

Secunda res perficitur cum ingeniatione educendi eos: et propterea et distilletur in aurem bora post horam oleum tepidum. Deinde sternutet cum condisi: et retineat os: et nares: ut spiritus feratur ad aures cum impetu. Et quandoq; rationabiliter applicantur ventosa in aure. Si autem vermes putruerint in aure: impleatur una vice post aliam vino: et oleo tepidis: et radio immisso in ea cum bombice: aut lana abstergantur: et laventur usq; dum totum excludatur corruptum.

Haly. Medicamen conferens vermibus in aure: et doloribus eorum. Recipe olei de persicis: olei de crissomilis: et olei de amigdalis amaris aut succi foliorum radicis: et succi apii ana partes .ij. Bulliant lento igne usq; ad consumptionem succorum. Et distilla ex eo in aurem mane et sero.

De ingressione aque in aurem.

Cura huius egritudinis fit fm unum trium modorum: aut cum ingeniatione qua fit evacuatio: aut attractio: aut resolutio. Prima quidem perficitur cum infusione sternutatione comprehendendo os: et nares: aut effundatur in aurem aqua usq; dum repleatur. Deinde inversetur cum velocitate ut excludatur aqua tota: et firmitamur radius subtilis aure existente inveniatur: et commoveat

caput suum frequenter: et descendat per gradus velociter. aut tusciat: et sternutet. Hec enim faciūt egressionē aque facilem.

Secunda res pficitur cū suctiōibus: et medicinis q̄ attrahūt aquā efficaciter sicut spongia marina immissa i aurem ligata cū filo: vt facilius fiat ei⁹ attractio: aut lana que inuenitur i conchis marinis: aut frustrum medulle sambuci. Et ex instrumentis est cannellus qui intromittatur i aurem et fiat suctio per ipsū et quādoq; ponitur in aurem extremitas cannellaris: et propter instrumenti quod attrahit quādo sugitur relinquitur ei vacuum et ē modus attrahēdi vehemens quare attrahitur aqua fortiter

Tercia pficitur cū ingeniatiōe: qua fit aque resolutio cū facilitate: et ē vt accipiatur cannelus aneus: et inuoluatur super vna extremitatum eius cotum sicut vsq; ad terciā ipsius: Et alia extremitas mittatur in aurē: et circumdetur ei aliquid ex coto: vt sigillet in foramine auris: deinde accēdatur super extremitatem que ē extra ignis. Et dixerūt aliqui: q̄ panno fuerit submersa i oleo. resoluitur. n. aqua cū operatione hac vice post vicem: extracta autē aq̄ distilletur in aurem oleū rosatū tepidū instillatione post instillationem.

Summa vij. de egritudinibus narium: et pmo de fetore narium.

Fetor narium si fuerit pp̄ter vulnera i naribus: aut pp̄ter emoroidas natas in ipsis: dicemus curā Si aūt fuerit propter humoꝝ putrefactiōē in circuitu nariū: aut suspensoꝝ: aut adherentiū i partibus colatorij: aut in parte mamillari: aut ventriculis cerebri. Tūc cura ei⁹ est tres res. Prima est mūdificatio capitis pluries iterata cū medicinis: quaꝝ forma est apud te: iam scis eas. Et hoc fiat post regimen bonū i sex generibus reꝝ: sicut etiā scis.

Secunda est lenitio circa partem vt abstergatur: et mundificet qd̄ de corruptione iheret i partibus alchaiatim: et hoc quidem pficietur cū medicinis quibus inest proprietas hoc facere: et ex eis ē vinum bonū odoriferum de quo fiat collutio post collutōnē: pmo simplici deinde cū vino decoctōis eaꝝ: que sūt myrra. ciperus. rose. calamus aromaticus. xilo aloes: et similia. Deinde isuffletur i nares calamus aromaticus. spica. ciperus. rosa. myrti folia: et similia singulariter aut coniunctim: cū modico sal' gēme: et similiter confert puluis calamenti montani insufflatus. aut xilo balsami: et fortius eis est elleborus albus.

Inquit Galienus. Urina asinorū ē ex melioribus lauacris: et infusionibus ad fetorem narium et conferūt immissiones tentarum: et pp̄ie ex eisdē ex quibus fiunt insufflationes: quaꝝ nominatio precessit: et proprie confecte cū melle aut cum vino odorifero. Et ex rebus mirabilibus ad hoc est tenta facta ex puluere iere pigre. .ʒ.iiij. calami aromatici: myrre: gariofiloꝝ añ. ʒ. ij. spice: folij: floꝝ squinātī: darsiсaан añ. ʒ. ß. et. ʒ. et fac tentas cum vino bono.

Inquit Diascorides. Darsisaan secundū omnē modū administrationis: est ad hoc medicamen expertū.

Tercia res pficitur cū eo quod fac diuersionem materie ab emunctorijs: et partibus nariū: sicut pp̄ie cauterium factū in cubendeg: cuius formā narrauimus in capitulo de catarro: et in curis oculorū. Fit autem fetor nariū ex vapore eleuato a stomacho: et alijs partibus: et cura eius ē sicut precessit post correctionē stomachi: aut alterius partis.

Rasis. Confectio medicaminis auferens fetorem narium: et faciens ex eis inspirare bonum odorem. Recipe xilo aloes crudi: gariofiloꝝ: rosarū: añ. ʒ. ij. spice sudi: añ. ʒ. i. confice cum vino bono antiquo: et aromatiza cū musci danich. ij. fac pillulas i modū ciceris: et dissoluat vna ex eis i oleo nardino: aut aqua rosacea et distilletur i nares postq̄ laueris eas cū vino decoctionis spice et rosarum.

Mahemet arasi. Modus confectionis ad fetorem narium expert⁹. Recipe aluminis: myrre: calamenti: galie añ. Tere: et exufla ex eo in nares: postq̄ laueris eas cum vino antiquo odorifero mixtis vicibus. Deinde licinium i eodem medicamine intinctum ponatur.

Rez. Aliud. Recipe calami aromatici. ʒ. i. myrre galie: añ. ʒ. ß. musci danich. ʒ. Fac sicut primo.

Item. Confectio decoctionis q̄ lauande sunt nares multis vicib⁹: abscindit fetorem narium. Recipe spice: galie gariofil' añ. partes equales. Coquātur in vino aromatico: τ sugātur narib⁹ τ lauētur nares: τ licinium infusū i eo mittat̄.

De fluxu sanguinis narium

Quando ē et etiā⁹ ē expectādū sup eo nisi exuberet exuberatione sup qua formidat̄ de casu virtutis. Et tūc succurrēdum est: sicut dicemus post. Et fit quādoq̄ fluxus sanguis ex naribus succedēs sode: sedās sodam ꝓprie pulsatiuam: τ descendunt ē i ꝯcnisi superfluat. Et tūc succurrēdum est ei: sicut dicet̄ post. Et fit q̄nq̄ ꝓpter fracturā arteriarū cerebri: τ raro recipit curam. Verū ei succurremus: sicut dicetur post: Et q̄nq̄ accidit ꝓpter ebullitionem factam in sanguīe cū cōmunitate totius corporis: aut cū cōmunitate epatis tantū: quādo supcalefactionē eius cadit ebullitio i sanguine: τ intentio i curatiōe eius est duplex. vniuersalis. s. τ particularis. Uniuersalis quidē fit tribus modis. Primus modus est cū eo qd̄ alterat malā cōplexionē: τ aufert acuitatem sanguis: sicut proprie cibi: τ potus frigidi: τ cōgelātes: τ infusiones: τ balnea in aquis frigidis: τ sessiones i eis: τ emplastrationes sup epar: ex rebus vere i frigidationis: τ acetum in hoc ē mirabile: τ proprie emplastrationes pānoꝝ infusoꝝ in aceto infrigidato in niue: τ posite sup epar: τ sumen: τ extrema: τ super testiculos vtendo p mutatiōe: post pmutationē: cautela super h̄ adhibita: ne vltima sequatur infrigidatio.

Secūdus modus est: vt fiat diuersio sanguis ad diuersū: vel oppositū: τ h̄ quidē pficit̄ cū phlobotomia sb nli ex latere opposito in principio: deinde ex eodem fiat. Et quandoq̄ oportet ducere ad vltimā fere euacuationē: τ ventosationē sup epar: si ē ex nare dextra: aut sup splenē si ē ex nare sinistra: aut sup vtranq̄: τ sup sumen: si est ex vtraq̄. Et cōferūt etiā ventosatiōes sup crura: τ sup calcanea ex parte domestica: que si non cōferūt administrētur ventose sup ceruicē: τ sup spatulas cū scarificatione tenui. Ad hoc cōferūt ligature: τ compressiones dolorose facte in extremitatibus τ in testiculis virorum: τ mamil' mulierum. Adiudicamus ꝑterea secūdū sapientiā: vt acuitas τ inflammatio vincant in sanguine supra multitudinem modus primus preponatur secūdo. Si aūt multitudo vicat: aut multitudo simul: τ acuitas vincit i sanguīe modi secūdi sapientia preponenda est.

Tertius modus est vt acquirat̄ coarctatio i vijs: τ ductib⁹. Et hoc quidē perficitur cū linimētis sup frōtē τ tēpora ex rebus infrigidatiuis: τ cōglutinatiuis: τ stipticis: τ si oportet stupefactiētib⁹ ex his que dicimus.

Particularis aūt itentio pficitur cū solicitudine administrationis rerū p instillationē τ insufflationem: τ inmissiones terrarum fluxum sanguinis constringentium. Medicine quidē h̄ierōs h̄ alie sunt conglutinatiue: sicut puluis molēdini ꝓprie: τ farina: τ puluis molendini: τ tela aranea: τ ꝓprie que ē in molendino: aut q̄ ē vicina furno: τ albumen oui: τ spongia marina cū alkitran cōbusta: τ fum⁹ picis: τ thus τ fumus thuris: τ stercus asininum: τ carta combusta: τ pili leporis: τ coagulum eius: τ succus alfatar: τ gipsum: τ gummi assum: et dragagātū cōbustum. Alie sunt vehemētis stipticitatis: sicut rosa: τ semē eius: τ galle: τ balaustie: τ bersisides: τ hadie: τ succus albe sandal. τ succus albeladx: τ succus palme: τ abon cortices: τ flores granatoꝝ: τ bolum: τ terra sigillata: et alumen: τ camphora ꝓprie emalbites: τ gūmi assum: τ myrra: τ karabe: τ sanguis draconū: τ antimoniū: τ succus foliorū salicis: τ succus folioꝝ vitis: τ silia. Alia sunt vehementis infrigidationis cōgelantia sanguinē: sicut cāphora ꝓprie: τ cortex mandragore: τ succus eius: τ iusquiamus: papauer: lactuca: τ succi earū: τ opium: et similia. Et alia sunt: que sūt cauterigatiua: sic calx: colcothar: calcanthū: es vstū: arsenicū flos eris: τ similia: Et alia sunt: que operāt̄ illud a ꝓprietate: sicut frequētatio comestionis cerebroꝝ gallinarū: τ stercus asini insufflatum: τ succus albedarogi istillatus: τ succus porri: τ succus portulace τ similia. Uerum conglutinatiue τ sigillatiue: et stiptice sunt meliores eis: τ fit per eas curatio vera. Congelatiue vero stupfacientes: τ cauterigatiue suspecte sunt. Hec. n. aliquādo moribunde sunt congelando spiritus: τ extinguēdo calorem vite. Alie vero licet restringētes magnificant tamen vulnera: Et post casus crustelle vehemētior fluxus reddit̄ quā fuerat primo. Uerificatores vero: qui operant̄

scđm sapiam: aggregāt ex diuersis diuersa
rū lectionū ⁊ pficiūt ex eis vnā virtute hñs
sigillatū: ⁊ carens suspitiōe ex his q̄ inueniūt:
sicut trademus post. Et oꝫ medicamina que
mitti oportet i nasū vt terant ̄ vlcla ꝯtritiōe:
sicut alcohol. Deinde pꝰ iīectionē eaꝝ i nasū
strigat ̄ sup eas vehemēter vsq̄ dū īprimāt:
⁊ sigillēt sup apertionē vene īpressiōe bōa.

Emplastrū ꝗ̄ vtēdū ē sup frōtē:
⁊ tēpora ⁊ linit ̄ sup ea ex sed. t sanguis
fluxum. Accipe boli armeni:
gypsi puri: succi barbe ircine añ: ptes eq̄les.
Terāt ̄ ꝯtritiōe vltia: deinde ꝯtere cū aceto
forti i vase lapideo itaq̄ȝ elaboret ̄ multū in
eius ꝯtritiōe, vsq̄ dū fiat: sic mel hñs medio
critatē inter tenue: ⁊ spissū: ⁊ liniat ̄ i fronte ⁊
tēporib: ⁊ strigat ̄ sup eis cum pila facta ex
stupis: ⁊ ligatura stringēte ē. n. ex ptū. Et qñ
q̄ apud necessitatē addit ̄ opij circiter ps. s.

Infusio aque veri frigori sup caput
⁊ cōstrictio facta i tpibus ex pila infusa
i aqua huiusmōi strigit sanguinis
fluxū: ⁊ sitr i aceto ifrigidato i niue: aut
succo folioꝝ salicis: ⁊ mente: ⁊ folioꝝ vitis si
milit ̄ ifrigidatis i niue: ⁊ q̄nq̄ cōmiscent ̄ cuꝫ
his aliq̄ ex stupefaciētib⁹ sic ncētas cogit.

Hamec. Emplastrū bonū nobile ad
fluxū sanguīs ex naribus: ⁊ ē exptū
⁊ forte quare oportet sup eo cautelā
adhiberi. Recipe cāphor: opij: succi alkasel
añ partē. i. farine ordei ptes. ij. confice cū suc
co albelach: vel cū succo vue lupine: vel cuꝫ
aqua rosata: ⁊ line sup frontē ex eo: ⁊ tpa: et
pone cum licinio ex eo in nasum.

Item. Medicamē abscidēs fluxū
sanguis ex narib⁹. Accipe papyri
cōbuste: corticū ouoꝝ cōbustoꝝ: akatie: corti
cū granatoꝝ añ. Misce cū eis parū ifusiōis
aque salis: ⁊ cū licinio naribus immitte.

Item aliud valens ad fluxū sangui
nis ex ruptura arteriarū. Recipe
olibani: aloes añ. Tere: ⁊ ꝯfice cū al
bumine oui: ⁊ fiat sicut mel ⁊ vtere cū licinio.

Medicamen ex inuentione nostra ci
to sanans. Accipe camphore sangui
nis draconis añ. ʒ. i. kabie sandali ru
bei fricati: colcothar: aluminis iameni: chu
ris papyri combuste añ. ʒ. ii. Confice cum
aqua salis: ⁊ fac trociscos: ⁊ quādo oportet
dissolue cum encaustro scriptorum. Deinde
fac siccari: et combure ipsum: ⁊ cinerem eius
naribus insuffla: est. n. expertum.

Aliud similiter ex inuentione nostra.
Accipe pannum lineum antiquū: ⁊
summerge ipsuꝫ in licinio dissoluto
i encaustro scriptorum. Deinde fac exiccari
⁊ combure ipsum: ⁊ cinereꝫ eius naribus in
suffla: expertum bonum: si deus voluerit:
vel solum licium in panno illine: et combu
rēs vtere.

Gabriel. Aliud valens similit ̄. Acci
pe scorie eris: ⁊ papyri combuste: et
corticum ouorū cōbustorū: kabie: cor
ticum granatorū: añ. confice cum albumine
oui: ⁊ vtere.

Diascorides: Stercus asininum sic
cum ⁊ recens insufflatum i nares: ⁊
etiam odoratum stringit fluxum sā
guinis cū virtute. Et dixerunt quidā ex po
sterioribus: quod si misceant ̄ cum eo ꝑꝑ et
camphore circiter añ. partis eius sanat me
dicamen vltimum.

Isaac. Accipe sanguinis draconis
ramie papyri cōbuste: añ. partē vnā
semē portulace combustū: balaustie
añ. partē. s: tere: ⁊ vtere cū cancello: ⁊ accipe
ex eo: ⁊ confice cum succo coriandri humidi:
⁊ vtere cum licinio.

Filius Zacharie arasi. Confectio
medicaminis qḋ ponit ̄ super frontē
⁊ tpa: ⁊ abscindit fluxum sanguinis
ex naribus. Recipe. kabie: succi barbe hyrci
ne: olibani: aloes: gallie: balaustie: gummi
arabici: myrre: boli armeni: opij. añ. Fiant trocis
ci: ⁊ liniantur ex eis super frontē cum aceto:
⁊ liniunt ̄ sup pectinē: ⁊ renes: ⁊ ꝯferunt nic
tui sanguinis: ⁊ fluxui menstruorum: et pes
sarizantur etiam in vuluam: ⁊ clistericantur
in ventrem: ⁊ cōferunt egritudini sanguinis
⁊ dissynterie ⁊ conferunt fluxui sanguinis
ex vulneribus vndecunq̄ exierit.

Iohannes Serapionis. Medica
men abscindens fluxum sanguinis
ex naribus: ⁊ abscissione forti. Reci
pe colcothar: tele aranee: aluminis. añ. ptes
equales confice cum albumine oui: et vtere
cum licinio lineo: ⁊ liniatur super frontem ⁊
tempora ex bolo armeno succo barbe hyrci
ne: farina lentis: ⁊ balaustie: ⁊ modico cam
phore ⁊ opij cum aceto.

Item. Accipe aluminis: terre sigil
late: gallarū non perforatarum ad
vstarum: ⁊ ex t. nctarum in aceto sic
ci beufistidos. añ. partem. i. camphore: opij
añ. partis. i. tertiam. Insuffletur ex eis in

nasū: ⁊ intingatur licinium in encausto in q̄ duplicatum fuerit colcothar. Deinde aspgat super ipsū ex medicamine: ⁊ mittat i nares.

Alexander. Spongiam marinam novam. in alkitran intinge: ⁊ combure: ⁊ utere cum licinio

Iohānitius. Confectio medicamīs abscindentis fluxum sāguinis ex naribus. Accipe balaustie: sanguinis draconis: fumi thuris vel farine: eius: aloes colcothar: calcis: vive: gallarum adustarum extinctarum in aceto: aluminis iameni gipsi pulveris molendini. aā partes equales: opij camphore. aā. partem. s. Insufflentur ex eo in narem: ⁊ utere cum licinio.

Haali. Accipe succi barbe hircine kalie: aā: ʒ.s. camphore grana. ij. cōfice cū succo flor palme: ⁊ distillentur ex eo in nasū

Item accipe papyri combuste: cortici cū thuris: pulveris molendini: aloes: colcothar ex medietate eor fiat tenta cum aqua albedarogi: vel albumīe oui ⁊ ex alia fiat pulvis: ⁊ utere.

De nocumentis odoratus.

Nocumenta odoratus: sunt diminutio eius: aut privatio: aut pmutatio aut mendositas. Odorabile enī aut sentitur debiliter: aut nullo modo sentit: aut sentitur i ɔ̄trarium eius quod ɔ̄prehēdit ratio: aut sentitur ex odoribus odor qui nō invenitur in aliquo pñtium. Et ɔ̄tingunt q̄dā nocumenta huius: q̄n̄q̄ propter casus: aut pcussionem in eis: aut collatorio. Et accidit ex hoc: ut cadant nocumenta in ossa: ⁊ tortuositas ⁊ dissolutio forme: ⁊ fortassis nō recipit curā. Et q̄n̄q̄ ɔ̄tingit ab apostemate: aut vulnere putrefacto: aut canceroso: aut a carne addita: ⁊ putrefacta. Et dicemus curā ei⁹ post. Et accidit interdum propter malitiam cōplexionis in caiasim: ⁊ nares interius: ⁊ partibus eius sine materia: aut cū materia: aut ventositate opillante caiasim: aut collatoriū aut duo emūctoria: que sūt sicut capita mamillarū. Et quodcūq̄ horum fuerit nativum aut cronicū vix curam habet. Si autē a malitia ɔ̄plexionis sine materia fuerit: cura eius est p ɔ̄trarium administrādo embrocas in prora capitis: ⁊ suctiones per nares: ⁊ odoramenta: ⁊ caputpurgia ex his q̄ dicem⁹. Et si quidem fuerit calida ɔ̄ferūt lavacra ex rosis: ⁊ coriandro: ⁊ suctiōes per nares ex oleo rosato ⁊ aqua rosata cum modico aceto ⁊ similia. Et quandoq̄ miscetur cū eis quod ē sicut camphora: ⁊ aqua decoctionis myrte humide: aut sicce cū ciperis: ⁊ ē iuvamenti similis ⁊ similiter evaporatio aceti: est enim ultima. Si autem fuerit a malitia complexionis frigide: quod est fm plurimū conferunt lavacra: ⁊ embroce ex eis que sunt sicut spica: calamus aromaticus: calamentum: sansucus: ⁊ similia: ⁊ inunctiones ⁊ suctiones que fiunt narib⁹ ex oleo costino ⁊ rutaceo: ⁊ oleo de neriden cum eo q quod ē sicut castoreū: euforbium muscus ⁊ similia. Si autem malitia ɔ̄plexionis fuerit cum materia: aut ventositate grossa opillante: intentio tunc i curatione est duplex. Universalis. s. ⁊ particularis. Et prima quidē perficitur cum evacuatione materie ⁊ iteratione eius si oportet. Secunda perficitur cū embrocationibus ⁊ lavacris: ⁊ inclinatione capitis super vapore camomille: sansuci sisimbri: calamēti: spice ⁊ similium. Deinde cū gargarismatibus ex eis que mundificant caput: ⁊ iam dixim⁹ ea. Post hec cum caputpurgiis ⁊ sugestiōibus per nares cum castoreo: ⁊ fellibus animalium: ⁊ ɔ̄dis: ⁊ nigella: ⁊ rebus odorabilibus sic sera pinum propoleo: ⁊ castoreū: ⁊ pipera: ⁊ muscus: ⁊ similia: ⁊ propole mixta cum oleo nardino camomillino: ⁊ similibus. Et assiduatio odoris rute est experta in hoc capitulo: ⁊ similiter caputpurgium ex ea: ⁊ caputpurgium ex nigella trita ɔ̄tritione ultima: que fuit infusa in aceto: ⁊ mixta cum oleo antiquo: ⁊ sug ⁊ naribus vehementer. Est enim mirabile: ⁊ caputpurgium ex urina cameli ⁊ elleboro aut pulpa colloquintide: aut euforbio Est sublime: ⁊ similiter ipsa urina per se: cū autem caputpurgia: ⁊ effusiones generant ardorem: ⁊ combustionem in naribus: tūc succurratur cum oleo rosato ⁊ lavacris ex aqua calida ⁊ aq̄ furfuris: ⁊ oleo d cucurbite: ⁊ simil⁹

Ahemet arasi pulvis bonus ad opilationes narium ⁊ defectum olfat⁹. Recipe aribanite condisi: sal armoniaci aā. Terantur sicut alcohol: ⁊ suffletur ex eo in nares: postq̄ evaporaveris eas aceto calido.

Item. Aliud valens similiter: ⁊ est bonum. Recipe nigelle fellis gruis colloquintide: ellebori albi aā. Terantur ɔ̄tritione ultima. Deinde fūde super ea conterendo urinam camelli arabici: deinde facias exsiccari: ⁊ teri. Et fiat ex eis sief et cū oleo sambucino: aut sansucino: distillet i

nares est enī expertū bonū. ¶ Si āt dolorem
patiantur: succurratur eis cū aqua calida: et
oleo de semine cucurbite: aut aq̄ furfuris.

Item Aliud sublime. Recipe nigel
lam: postq̄ infusa fuerit in aceto: et
exiccata pterē sicut alcohol: deinde
misce cum oleo veteri. Et modus vtendi eo
est vt impleat patiens os suum aqua: & recli
net caput retro. Deinde instillentur ex medi
camine aliq̄e gutte in nares: & fugat vehe-
menter: donec egrediatur humiditas pluria
tenendo os apertū sup vapores aque calide;
deinde lauet cum aqua calida: & aliis: & faciat
hoc tribus diebus: & tribus vicibus.

¶ De apostemate narium.
Intentio i curatione eorum est tri-
plex. In pncipio nāq̄ indigent me
dicamine repellente materiā: sicut
pprie oleū rosatum: & oleū myrtinum cū
aqua rosata: quodcūq̄ eorum fuerit. Post
hoc vtendum est: quod ē sic oleū pquassatū
cum aliqua ex mucillaginibus: aut cū lacte
mulso recenti. Ultimo vero indigent medi-
camine maturatiuo: sicut pprie diaquilō dis-
solutum in oleo: aut mucillagines maturati
ue dissolute in oleo. aut mucillago radicū li-
lii pquassata cum oleo aut radix lilii cocta i
lacte: & trita cum adipe galine aut porcine: &
adeps galline cum oleo de amigdalis ama-
ris pferunt in hac hora.

Hoc medicamen pferens aposte-
mati: & bothor sanguineis. Recipe
farine ordei rosarum añ partē vnā
camphore partis. i. quartam. Tere & cōfice
cum aqua rosata vel succo granatorum ace
tosorum vnge intus & extra: probatum est.

Item aliud ad apostemata ex san-
guine. Recipe succi solatri. et succi
acetosorum granatorum: & aq̄ rosa-
te partes equales: olei rosati partes. ii. Cō-
misce cū modico camphore: & vnge ītus & extra.

Item ad apostemata ex colera ru-
bea. Recipe mucillaginis psilii aut
semina citoniorum: aut albumē oui
& pquassa cum oleo rosato: aut violato: & fri
gida ea: & vtere bonum & expertum.

¶ De vulneribus & vlceribus narium.
Quedā ex eis sunt manifesta exteri
us: quedam occulta interius. Que
autē manifesta sunt: alia sunt sicca:
sicut crusse: alia humida lenia. Et prima qui
dem curantur cum medicinis mediocris exic
cationis: sicut vnguento de cerusa pprie:
& vnguento trifarmacō: aut oleo rosato dis-
soluto cum mastice & puluere rosato mixto:
& similibus. ¶ Si autē fuerint vulnera hu-
mida curantur cū medicinis maioris exicca
tionis sicut oleo rosato adipe galine: & cera
simul dissolutis & similib⁹. Cōsuetudinaria
autem vulnera que sunt sicut crusse bothor
& asperitas rubei coloris rosarū accedentes
naso. secundū exterius eius curātur cū du-
obus cauteriis positis inter labia & gigias
iuxta dentes caninos vt ascendat hinc inde
ad colatoria nasi. Occulta autē interius la-
tentia i partibus alcaiasim prava sūt & peio-
ra que sunt in partib⁹ colatorii: & adhuc ma
gis que sunt in ventriculis cerebri: & in eis
que sunt sicut capita mamillarū. Et ex eis q̄
dam sunt recentia in quibus nō multū fuer
it temporalia sunt antiqua cronica. Recē-
tium autem duo sunt genera curationis.
Primum quidem est mundificatio: & perfici
tur cum medicinis lauatiuis debilis abster-
sionis: sicut aqua mellis pprie: & q̄ hoc eam
fu procedunt. ¶ Secundū vero est pfolida
tio: & sigillatio eorum: & perficitur cum medi
cinis debilis exiccationis: sicut vnguēto tri
pharmacō: & vnguēto de cerusa pformato cū
modico myrre & olibani: & sanguinis dracōis
¶ Cronica autem & putrida vulnera: triplici
egent genere curationis.

Et primum quidem genus ē mundi
ficatio eorū cum eo quod est medio-
cris abstersionis: sicut vinum: & pro
prie mel & similia. Et q̄nq̄ expedit necessitas
apud multitudinem putrefactiōis: vt misce
atur cum eis quod ē sicut colcothar: aut vn-
guentum egypciacū. Et vrina quidem infā-
tium est mundificatiuum bonum. Et nos di
ximus multa ex eis in capitulo de vlcerib⁹
aurium ad hec pferentia.

Secundū vero genus est incarnatio
vulneris cū eis q̄ sunt sicut vnguen
tum de cerusa: aut vnguentum tri-
farmacon: aut conformata cum eo quod ē col
cothar modicum & similia.

Tertium vero ē consolidatio vulne-
rum & sigillatio eorū: & perficitur cū
medicinis exiccatiuis non multe
exiccationis: sicut pprie marā factū ex re
bus: que sunt sicut olibanū myrra: sarcocol
la & similia. Et quandoq̄ apud necessitatem
miscetur cum eis quod ē sicut aristologia ro
tunda: & colcothar & similia. Et pprie quā
do timemus de futura putrefactiōe dicta sūt

i capitulo de vulneribus aurium que afferū
tur ad locū hūc: Excepto quod vulnera au-
rium ficcioꝛi ⁊ acutioꝛi indigent medicamine
ꝙ̄ vulnera narium. Et tua est discernere: et
mensurare ista. Et ꝯfert cauteriū i quibꝰdā

Hamech filius Zacharie medicamē
bonū ꝯferens vulneribus nariū re-
centibus ⁊ antiquis: ⁊ fecit hispanꝰ
Recipe ceruse olei sisamini medulle cruris
vacce: ⁊ olei amigdalini dulcis: cere albe: et
gūmi albothin aā dragaganti gūmi arabici:
aā partē. s. Fiat ex eis gluten cū modico aq̄
rosate. Et fiat vnguentū cū ceteris: ⁊ vtere
super modo cum licinio de panno. Si āt
alcaiasim vulnera occupant: ⁊ descendūt p
foramina: vsq̄ ad palatū. ⁊ ad guttur: fugat
naribus filum vsq̄ dum descēdat ad palatū
⁊ trahatur per os: ⁊ ducatur filum sic serra:
vsq̄ dum locus sanguinetur. Deinde vnge
filum cum medicamine: ⁊ hoc fiat omni die
vsq̄ dum sanus fuerit: est enim expertum.

Item: Medicamen ꝯferens fistul'
in naso: ⁊ vlceribus siccis expertuꝫ
Recipe cere albe partes. ij. medul-
le cruris vacce partē. i. olei camomillini sisa
mini: olei nardini: olei de amigdalis dulcibꝰ:
aā partem vnam. Fiat vnguentū: ⁊ misce cū
eis mucillagines dragaganti albi: ⁊ mucilla
ginis heuisci: ⁊ mucillaginis semis citonioꝝ
⁊ psilij: ⁊ seminis lini aā partis vnius sextaꝫ
Fiat ex eis vnguentum cū pauco croco: Et
vtere sic ꝓmū: valet etiā ad scissuras labioꝝ

Item aliud valens similiter. Reci
pe cere rubee partē vnā: olei rosati
partes. vi. Dissolue ea ⁊ misce cum
eis litargiri: ceruse: fecis argenti aā pē vniꝰ
tertiā: fac vnguētū ⁊ vtere: ⁊ eo sepe tangat
nasum.

Alhoꝛ aliud bonum valens ad idem
Recipe litargiri olī rosati ⁊ olī myr
thini aā preꝫ vnā: aceti: ⁊ succi myr
teaā partē mediā. Confice ⁊ vnge bonū est
si deus voluerit. Et qñq̄ fit sine aceto: ⁊ pro
aceto pone succū myrte: ⁊ qñq̄ pro aceto vi
num. Et est bonum.

Alienus vnguentū de flore eris' bo
num mūdificās vulnera saniosa: et
ꝯsolidans ipsa. Recipe cere. ʒ. iiij. ⁊
olei antiqui' vel facti ex oliuis imaturis. ʒ. x
vi. floris eris puluerizati: sicut alcohol. ʒ. ij. fi
at ex eis vnguentuꝫ. Et vtere cū licinio. Et
quandoq̄ additur vel minuitur ex flore eris
ſm quod exigit necessitas:

Vnguentū ex inuentione nr̄a sanās
vulnera narium: ⁊ vbicūq̄ sint i coꝛ-
poꝛe. Recipe lubene: ⁊ triofilon acē
si acetosi aā. ℥. ij. ꝓijce super ea: postq̄ fue
rint ꝯcussa: olei rosati: olei myrtini aā. ℥. v.
⁊ dimitte in vase lapideo per dies. vij. Dein
de ebulliant ebullitione vna: ⁊ cola. Et cum ce
re citrine. ℥. ij. ⁊. s. fiat vnguētū ex eo in lici-
nio. Et vtere. ⁊ quandoq̄ admiscetur ad oēꝫ
℥. aliuis vnguenti ex floce eris. ʒ. i.

Filius Serapionis Medicamen
ꝯferens vlceribus nasi. Recipe ce
ruse merdasengi: ⁊ plūbi adusti: aā
partes equales: abluantur vicibus plibus:
postq̄ fuerint trita. Deinde fac ex eis vnguē
tum cū vino: ⁊ oleo myrtino diu terendo in
moꝛtario nunc oleū nūc vinū aā parū īfūdē
do vsq̄ dum impinguetur: expertū bonum.

De polipo qui fit i naribus.

Polipus qui fit in naribus durus: ⁊
niger ⁊ nō tractabilis: ⁊ mollis: ⁊ pu
tridus: ⁊ fetidus foꝛtassis nō sanat:
Et qui elongatur ⁊ pendet: ⁊ aliquādo egre
ditur extra habens radicē gracilē tenuē: ⁊ nō
nimis pꝛofundatā curatur scidēdo iuxta ra
dicē eius cū foꝛficibus: postq̄ appꝛehendis: ⁊
trahēs cū tenaculis: deinde post icisionē cau
terizetur sup eo quod remanet de radice cuꝫ
ferro ignito: aut cū medicamine acuto. ⁊ hec
quidem fiant post coꝛpoꝛis mundificationeꝫ
pluries iteratam: ⁊ post flobothomiā. Et qñ
q̄ necessitas expedit ⁊ fiat cauterium i quibꝰ
dā: ⁊ pꝛopꝛie apud fluxū reumatis ad ptes
nariū: sic dictum ē i eis que sūt de curis catā
ri ⁊ coꝛize. Si āt polipus descendit p foraīa
palati ad palatū ⁊ guttur trahatur similiter
cū tenaculis: ⁊ incidatur secꝰ radicē eius cuꝫ
foꝛficibus ignitis: ⁊ curetur deinde cū medi-
camine acuto: sic iam diximus. Si aūt eius
incisio nō fuerit facilis ſꝫ modū quē diximꝰ
Tunc accipe duos aut tres pillos caude eq̄
⁊ toꝛque singulū eoꝝ per se: deide ex eis re-
toꝛquendo fac sicut filum vnum: ⁊ fiant i eo
nodi tres vel quattuoꝛ: ⁊ mittatur per nares
cum acu plumbea: ⁊ declinetur cum ea ad fo
ramina palati: ⁊ trahatur per ipsum palatū
cum facilitate donec filum exeat per forami
na palati: ⁊ tunc accipe vtrāq̄ extremitateꝫ
fili: ⁊ duceas: ⁊ reduceas ad modum serre vsq̄
dum tota incidatur caro: ⁊ si aliquid remāe
at tunc fiat sic superius dictum est. Abscisa
autem tota carne polipi curetur deinde cum
vnguento viridi ⁊ medicamine incarnatiuo.

Plerũq; autem polipus nõ est multe additionis: τ curatur post incisionẽ cum medicinis acutis: τ aliis sicut dicemus post. Si autem fuerit cancrosus cura eius est difficilis. Curatur tamen quandoq; cũ medicinis acutis τ aliis que diximus in capitulo de vlcerib' narium: loco autem narium a polipo perfecte mundificato curetur cum vnguento viridi τ vnguento de cerusa dictis in cura vlcerum.

Diascorides. Medicamen auferens polipũ narium: τ omnẽ additionem carnis in eis: τ emorroidas nariũ cãcrosas. Recipe semẽ lusi: τ tere cũ succo malorũ granatorum coctorũ cum cortice sua: et liniatur super polipo in circuitu eius. est enim medicamen bonum. Vua etiam lusi τ probe succus eius idem operantur: τ similiter succ' radicũ eius: τ propter lana ex aliquo eorũ imbibita et immissa naribus. Et est expertum.

Albenus. Medicamen sanãs: τ cõsumens omnes additiones carnium in naribus cum leuitate sine dolore: τ sanans vlcera in eis: τ efficit operationem suam tempore longo: quia propter sine cessatione vtendũ est eo. Accipe ex tribus generibus granatorũ partes equales: τ tere eas sm totalitatem eorũ: τ extrahe succũ ipsorũ τ decoque in essentia rob tenuis. Deinde tere substantiã granatorum contritione multa vsq; dum fiat sicut pasta: τ fac cum succo eorũ formas similes nasalibus: τ intromitte ex eis in nasũ vnam post vnam: τ precliniẽdo tamen cum succo predicto: τ hoc fiat tempore extenso: efficit enim operationẽ sine dolore: τ ẽ expertũ. Quidam vero ex expientibus admiscuerunt cum eis ex trocíscis alcacalon q̃titatẽ sufficiẽtẽ ad vigorãdũ opatõez ex ipsis.

Filius Serapionis. Confectio medicaminis ɔsumentis polipũ: τ omnem carnẽ additam. Recipe scorie eris aureos. iiij. calcanti aureos. iij. elebori nigri: aureũ. i. arsenici rubei. ȝ. i. Tere τ fac pulverem: τ suffla in nasum: aut confice cum vino: τ vtere cum licinio.

abin: ꝛ ꝓpter: ꝛ decoctio isopi: ꝛ radix liliū:
Huius etiā intentionis est hydromel ꝛ similia
Si vero fuerit materia sanguis melancolic'
detur sirupus mellinus: ꝛ hydromel cum de

coctiōe aneti vel lupuli: vel buglosse ꝛ ireos
ꝛ similium. Et super his canon est vt res le-
nientes: ꝛ remouentes asperitatez precedāt
res que abstergunt: immo non expolientur
ab eis: sic enim felicitat operatio. Cū autem
administrationē medicine solutiue cognoueris
necessariam in re est vt ꝯsideres. Nam si fe-
bris vehementia inualuerit cū extenuatiōe:
tunc timendū est solutiuū. Et excusat ab ip-
so sola ftoboibomia in qua nō est timor: nisi
forsan apud nature ꝯstipationem. Et iube-
mus eam liniri cum aqua ordei: ꝛ violis ꝯdi-
tis: ꝛ pulpa cassie fistule: ꝛ māna: et similibus
aut cū aqua prunoꝝ: ꝛ que hoc cursu ꝓcedūt
aut cū clisteri lenitiuo ex iis que scis. Ma-
teria vero euacuanda qualiscūq; fuerit opor
tet vt euacuetur cū eis cū quibus cū solutio
ne est lenificatio: de quoꝝ summa sunt viole
ꝓpter humide: ꝛ sicce: ꝛ ꝯdite: ꝛ sirupus ex
eis: ꝛ siracosb: ꝛ seraniabin: ꝛ zucharum albo
ꝛ cassia fistula: ꝛ similia: ꝛ ꝓpter si mate
ria fuerit colerica. Et q̄nq; miscet cum eis: si-
cut sunt trocisci de violis habentes aliquid
scamonee. Et nos scripsimus ꝑmixtionē eo
rum ī capitulo de asmate. ¶ Et si fuerit fleg
matica materia euacuanda est cū eo quod ē
sicut puluis ireos: aut agaricus: aut isopus
aut albasce cū ruroba de violis mellitis: et
seraniabin ꝛ aqua ordei. Si vero fuerit me-
lācolica cū eo quod ē sicut elleboꝛus niger cū
aqua ordei. Etiam quidem Galienus prece
pit aquam ordei post solutiuū propinari de-
bere: aut aquā mellis vt lenificet: ꝛ abstergat
virtutē solutiui. Et si dispositio aliqua ē q̄
exigat necessarium est vti clisteribus lenib'
medijs ꝛ acutis ꝓm necessitatis exigentiam:
ꝛ ꝓpter cū dolor pleurisis ad hypocūdria fuit.

Quantā rem ꝯplent administrationes
medicinaꝝ sputū facilitantiū: ipsum
ꝗ velocitantiū. Et hoc quidē pficit
cū incohatione ab humectantibus: ꝛ lenificā
tibus procedendo ad res temperate absterſi
onis: ꝛ si quidem vehemens fuerit inflāma-
tio cū eo quod est sicut aq̄ melonis indi: aut
aqua citruli: aut cucurbite cum aqua zucha-
ri: aut aqua ordei excoriati decocti in aqua
plurima decoctione vehementi cū iuleb. Et
si quidē nō adeo fuerit vehemēs sufficit aq̄
iuiubaꝝ: ꝛ sebesten cum violis ꝛ semibus ci-
tonioꝝ: ꝛ oleo amigdalaꝝ dulciū cū iuleb: et
aqua mellis: aut aqua zuchari: ꝛ nō ꝑmit-
tat post illud aqua ordei sicut post horā: et ī
processu rei ꝓcedendū vsq; ad id quod ē sic

decoctio radicum lilij:ꝛ capilloꝝ veneris in
aqua ordei cum hydromelle. Verū aq̄ mell
est vlterioꝛ ad humectandū q̄ aqua ordei:et
aqua ficuum:ꝛ passularū est huius generis:
post ista:ꝛ pꝛopꝛie cū muroba de violis:ꝛ aq̄
mellis:ꝛ oleo de amigdalis dulcibus:ꝛ simi-
liter aqua liquiritie cū eis:aut sine eis:ꝛ faci
mus sequi post illa aquā ordei:ꝛ est via recti
or. Et q̄n̄q̧ puenimus ad gradū eoꝝ:que
sunt decoctio isopi:ꝛ similia. Et ex reb' spu-
tum facilitantibus:est soꝛbitio facta ex aqua
ad caliditatem declinis hoꝛa post hoꝛam. Et
ex eis est embrocatio facta super locū dolo-
ris cum aqua calida:minuit.n.doloꝛē:ꝛ spu-
tum accelerat. Et si sit decoctionis maluarū
aut fenugreci:ꝛ similium:magnificatur opa
tio eius. Et conferunt ei cerota ꝛ emplastra:
Et ex eis que sunt melioꝛa in quibus ē lenifi
catio cum resolutione nō eleuata: sed quasi
in gradu pmo:deinde,pcedendum paulatim
ad ea que amplius eleuantur. Et ex reb' vti
libus nō eleuatis est cerotum ex oleo viola-
to:ꝛ cera:aut ex oleo amigdalino:ꝛ cera. Ele
uantur super ista queq̧ fiunt ex mucillagi
nibus:aut adipibus alijs. Et adhuc ex isopo
humido. Et ex eis est foꝛtius ex radice lilij:
aut fenugreco:ꝛ semine lini:et absinthio co-
ctis cum succo herbe viti:ꝛ oleo de camōil-
la:ꝛ pauco melle. Et adhuc est foꝛtius his ex
caulibus elixatis cum butyro:aut ex cinere
radicū caulium cū adipe. Et nos quidē plu-
ra ex his scribemus post si deus voluerit
Et ex his que valde sputū facilitant:est vt
doꝛmiat infirmus super latus doloꝛosum:et
soꝛbeat hoꝛa post hoꝛā paulatī ex aq̄ calida ꝛ
aqua iulebarī:aut aq̄ mell calida ꝛ similibus
Exrā rem ꝯplent administrationes
medicaminum sedantiū accidentia
superuenientia huic egritudini:q̄ si vl
timantur:accidit ex eis timoꝛ:ꝛ desperatio:ꝛ
sunt ,ppꝛie permixtio intellectus alienatio:
vigilie:sitis vehemens:fluxus ventris:ꝛ sā-
guis e naribus. Intellectus autem permix
tio:ꝛ alienatio:quandoq̧ accidit apud pmu
tationem pleuresis:ꝛ nos loquemur de ea ꝛ
quādoq̧ accidit ex pꝛopꝛietate cuiusdā spēi
pleuresis:sicut pꝛopꝛie qn̄ fit ī velamine di-
stinguente magno:ꝛ ē diafragma:ꝛ cōmuni
cat cum cerebro mediante neruo quodā ma-
gno qui dilatatur:ꝛ contexitur in substātiā
pānicularem:ꝛ opoꝛtet in hac parte gemina
re curam simul pleuresis:sicut scribem' nūc
ꝛ frenesis:sicut in pꝛopꝛio loco scripsim'. Et

hic erit modus curationis si deus hanc eg
ritudinem curari permiserit.
Vigilie aūt si acciderīt interdū accedū
ad pmixtionē intellectus significā
ꝛ ,ppꝛie dum multiplicantur:ꝛ tūc
necessaria est administratio speciez de ...
ꝛ sirupus de papauere:ꝛ decoctionis eius:
hoc cum cautela ne sputum ꝯpingant:ꝛ pꝛe
bibeant quod est res deterioꝛ eis:ꝛ medicine
ex semine papaueris melioꝛes sunt eis q̄ ex
coꝛtice:et cautela sociatis aufert hoc no-
cumentū:ꝛ pꝛopꝛie si associetur eis ... de-
coctio passularum aut aqua mellis:aut ...
ꝛ quod est eis simile. Sitis autē accidens eis
sedanda est cum humectantibus ꝛ reboren
tiam inflammationem extinguentibus sicut
cum aqua citruli pꝛopꝛie ... ꝛ mu
cillagine psilij:ꝛ similibus de quibus loque-
mur in ,ppꝛio capitulo. Verum opoꝛtet non
esse frigida actu:ꝛ opoꝛtet admisceri ...
ex abstergentibus subtiliter vt leniant spu-
tum. Et si fuerit sitis a caumate spiritualiū
administretur libertas aeris temperati decli-
uis ad humiditatem. Et vngantur pectus eti
am ex ceroto:ꝛ oleo violato:ꝛ cera ꝛ simili-
bus. Si aūt fuerit ob ebullitione colere ...
confert secanabin subtile:quod scripsit Ga
lienus cum aqua pluuiali ꝛ sirupus ...
cum aqua plurima sedat hanc sitim:ꝛ aqua
ordei habens bonitates suas ex modo pa
rationis sue:confert sicut Hyppocrates ...
Fluxū autem sanguinis a naribus ...
tem eis post crisī sistere nō debemus ...
pfluat. Et si fuerit nō creticus:s; pꝛopter e
uberātiam sanguinis confert tūc flebotho-
mia:ꝛ alia q̄ diximus in capitulo ,ppꝛio.
Fluxus ventris accidens eis in modis ...
pio est fm̄ vnum duoꝝ modoꝝ:aut enim p
pter multitudinem materie cū ...
gulationis nature:ꝛ sequitur ex hoc anheli-
tus facilitas:ꝛ lentescentia febris:ꝛ ē signifi-
catio bona:aut est pꝛopter exuberantiā ma-
terie:pꝛopter quam regulet a natura ...
sicut egurgitans:ꝛ ē significatio mala:ꝛ pꝛo
pꝛie cū nō sistitur per ipsū difficultas anheli-
tus tristitia:ꝛ febris inflammatio:ꝛ tunc eum
foꝛtassis superueniet moꝛs ī quarto vel ante.
Si aūt accidat fluxus ventris in fine moꝛbi ē
sit fm̄ alios duoꝝ modoꝝ:aut.n. expellitur
materia ad epar:ꝛ viscera:ꝛ sequitur ipsū so-
lutio:aut accidit a debilitate epatis:ꝛ p
stratione digestiue virtutis:ꝛ contentiue in
ipso:ꝛ sequitur post ipsum pꝛiciositas

Septimam rem cóplent administrati
ones regulationú circa regimé egri
in generibus sex rex. Et proprie: vt
dirigantur eis temperies in aere: que sit vt cú
q ad caliditatem declinis: et timeatur obtu-
sio et acuitas in ipso ex multiplicatione bo-
ree et austri in quantú possibile fuerit: et fiat
elongatio a fumis et vaporibus: et ventoruz
flatu: et ab aere agitationis aquaz: et ab esu
odor: et sicco. Nutriens át oportet commésu-
rari eis sm considerationem nřam quam di
rigimus: aut ad morbú: aut ad patienté. Et
ad morbum quidé: aut sm quantitatem acui
tatis: aut sm horá accessus: et recessus eius
Et multitudo qdem acuitatis facit necessa-
riam subtractionem nutrientis: sicut pnitas
multiplicatióem ipsius. Et Hyppocrates
qdem dixit apud vehementiá doloris: et acui
tatis: si cibus detur: est ponere egrum ad de
sperationem: et mortem: et illud ideo quoniam
natura debilis ad alterá duarú occupationú
aut deficiet: aut ad vtráq intendet. Et certú
est furiam ex resistentibus nature et suppedi
tatione multiplicari: quare tunc nutriés om
nino prohibédú é: et adhuc nutrire circa acui
tatis: et doloris aduentú seu augmentú hor
rendú est magis circa ipsius vltimitatem
Apud vero acuitatis: et vehementie doloris
declinationem nó suspectú: et minus apud lé
tescentiá. Vlteri⁹ át nutriendú qñ iam acci-
dentia quieta et leuia: et facilia fuerint. Et ad
huc vlterius quando iam ex toto remissa sút
Nutries igit cum nódú in toto dolor lenior
fuerit cum eo quod est sicut aqua ordei: et aq
gucbari: aut aqua mellis vtrisq factis subti
libus. Et cum iam a dolore alleuiatum egrú
inueneris: sed nó integre sis cótentus aqua
gucbari: et aqua ordei decocti in aqua pluria
decoctione vehementi: aut aqua alcerbin cú
aqua ordei decoctis vehementer facilitát .n.
sputum. Et si vlterius solicitare volueris ex
amigdalis infusú decoctionis earú admisce
bis: et dabis cú melle modico: aut gucbaro: et
ex eis est aqua alixanderes: et aqua tritici: et p
prie cum amplius egrum alleuiatum fuere-
ris: similiter iusculú ex maluis: et trifolocam-
na: et bletis: et sicla: et cucurbita: et sorbitiones
earú ex fabarum farina. Et pcedimus i fine
febris pulmenta ex butyro. Et post febré in
scula ex herbis cum carnibus teneris: aut vi
tellis ouorú. Et quidá ex antiquis dabát pa
nem cum aqua gucbari: et iuleb. Galien⁹ aút
precepit: quod et nunc pcedit vniuersitas

fermentatum non dari: facit enim apertionem
apostematis ante digestioné. Et azimum nó
dari: sputú enim inuiscat. Cum át rupturam
apostematis querimus: dam⁹ fermentatum
rupturá enim apostematis facilitat. Et vni-
uersaliter quidé pcedú eis cána melle: et gra
nata dulcia: et poma dulcia elixata aut assa
ta: et passule sine interioribus: et hesmeo et iu-
iube complete: et amigdale. Et qnq extendi
mus vsq ad pisces degentes in scopulis: et
proprie habentes squámas: et hec proprie tri
buanť sicut exigit dispositio. Et in pleuresi
qdem flegmatica danda é aqua cicerú: aut
aqua ordei: et cicerú cú melle et aqua cauliuz
cum oleo amigdalino: aut lacte amigdalarú
et cibenť sicla cuz oleo amigdalino: aut lacte
earum et melle: et detur etiá alteraniabin cuz
ysopo et melle: aut pulegio est ei cibus bonuš
Et dico quod tempus etas: regio: et pfuetu-
do in administratióe qtitatis nutrientium: et
numeri verú paru vel multú: semel aut ápli-
us dari debeant regulat: quare distinguédú
in illis sicut scis. Potus auté eis bonus est
aqua gucbari: et aqua mellis: et iuleb subtile:
et aqua ordei subtilis: et que hoc cursu pcedút
Aquam át in hyeme calidam bibát: in estate
vero temperatá. Verum abhorreant aquaz
frigidá nisi i duobus casib⁹: et hoc quidem in
tussi sicca: et aspera: et in siti: et caliditate vehe
menti: tunc quoq pcedimus ipsá frangétes
frigiditaté eius cú secaniabin: et iuleb: acqré-
tes ei ex virtute incisionis alsecaniabin vir-
tutem penetrationis vt penetret: et discurrat
in venas: et sigilletur. Deinde ex frigiditate
et humiditate virtutis aq extinguens inflam
mationé: et sedás asperitaté et sitim. Hoc est
enim quod nó omnes pprehenderút. In mor
bi át declinatione detur eis vinú albú: dulce:
subtile: et rob cum aqua pluuiali: et aqua mel
lis: et pceditur vinú aquosú eis lene: et vinuz
hesmes: et aqua decoctionis alhesmes: et aq
passularú: et iuleb: et q hoc cursu procedunt:
In flegmatica vero sorbeant aquá mellis: et
qnq decoctionis ysopi: et que hoc cursu proce
dunt. In melácolica vero cibenť sorbitioni-
bus factis ex sauic triticio: et melle: et altera-
niabin: et oleo amigdalarú: et ex sorbitionib⁹
factis ex farina fabarum et iusculis: ex ligua
bouis domestica et syluestri. Potent aquaz
mellis cum aqua lupuli aneti: et similiuz. Et
quidé iam dictum é in hac egritudine vetrez
fluxibilé cum moderantia fieri. Et enim et⁹
strictura vel largitas plurima nó é bóa. In

lubricitate igit ventris prohibēda sūt infu-
la ex herbis. Danda vero sūt apud ventris
stricturā: t cū sitis aspera fuerit t prohibēda
sunt granata t poma cū ventris constipatio
fuerit. Danda vero apud lubricitatē ipsius:
t sic intelligendum de ceteris. Cibare autē
aut potum dare: nō nisi a fece purgatis visce
ribus: vel saltē mēbris digestiōis pure. Hyp
pocrates iussit neq3 accedente dolore: neq3 p
sente eo: neq3 in hora deteriori horarū. Iussit
āt nec aperias venas fece constipatis visce
ribus: aut lubricitate dominante eis: t pp̄e ve
hementi: neq3 in die cū natura obijcit morbo:
sed in die minoris agitationis si possibile fu-
erit. Soluere vero apud ventris cōstipatōes
t apud materiei declinationē ad hypocun-
dria cum enematibus magis esse cōueniens
Galienus iussit. In euacuāda vero materia
mēbra nutritiua t spiritualia obsidente far-
macie opus esse precepit: t enemata vilia es
senō negauit: t proprie sicut dispositō exigit
Adhuc āt opus farmacie abscindendum est
apud febris t accidentis vehementiā3 exeu
sat enim tunc ab ea sola flobothomie admi-
nistratio: nisi forte liniri siccitatem viscerum
oporteat: t hoc magis cum clisteribus facias

Sermo in aqua ordei.

C Onsueuerūt antiqui vocare aquā3
ordei ptisanam t illū esse liquores:
resultantes ex elixatione alicui⁹ rei
in aquoso ex actione caloris operantis i illa
Verū illius habet artificem calorem aīalis
t proprie in vase proprio. Ptisanum autē
habet artificem calorem ignis in vase cōmu
ni sicut est elixatio carniū: et frumenti: et or-
dei. t aliarū rerū nutrientiū. Elixationē3 āt
rerum medicinalium cōsueuerūt vocare apo
gima. Et inuenerunt aq̄ ordei duplex officiū
.s. lenitionis cū abstersione: aut sine absters-
one: t si quidem est cum abstersione: potum
medicinalem vocauerūt. Eā3 vero que sine
abstersione est: quandoq3 vocauerunt potū3
tantū: t quandoq3 potum et cibū. Et in his
distinguitur modus operationis fm artem:
t scientiam: quare duplicem in eius operatō
ne inuenerūt artem vnam .s. facientem eam
potū medicinalem: aliam facientem potū tā
tum: aut potum et cibū. Ars vero prima mū-
dificat sic. Recipe ordei excorticati et fricati:
cum panno aspero fricatione vehementi vs
q3 ad excussionem tenuiū corticū circiter lib.
.i. t sit ordeū subtile mediū inter antiquum t
nouum: super quod nō cecidit de odore cor-
ruptionis aliquid: nec de contagione fumi aut
pulueris: t cōseruatū fuerit in loco aeris libe
ri: t iam habuerit pfectionē i natiuitate sua:
t pone illud electū in olla noua mundata lo-
ta: t abstersa nimis vt nō remāserit in illa de
odore: quicquā omnino: t proijce super ipsū
aque circiter lib. xx. t sit aqua fontiū dulcis
leuis: t subtilis: t exerce coctionē ipsius cū
omni facilitate i quantū possibile fuerit: Et
hoc sine fumo auferendo a pncipio spumā3
eius t decoquant vsq3 ad cōsumptionem me-
dietatis aque: aut duarū partium eius: deīde
colle t et conseruetur in vase vitreo: habet n.
hec aqua virtutē lenitiuā resultantem in ea
ab aqua t medulla ordei. Abstersiuam t la
uatiuam a nitrositate quadā exposita in corti
ce ordei interiori regente medullam ei⁹. Est
igitur facilis lauatiua: t spuū facilitatiua. Ve
trē lubricat: opilationes aperit: t vrinā pro
cat. Ars vero secūda modificat sic: blāndū.
Recipe ordei excorticati circiter lib. i. t
frica illud cū pāno aspero fricatiōe vehemē
ti vsq3 ad exclusionē: t ad seperationē tenuiū
secorū corticū omnino: t laua illud lauationi
bus pluribus cum aq̄ calida: deinde pone
i olla: t fūde super ipsū aque circiter lib. vii.
deinde bulliant cū facilitate ebullitione vna
t proijcias ab eo illa aqua: deīde pone super
ipsū aque calide circiter lib. xx. t decoq3 cum
facilitate vsq3 ad lib. x. vel vsq3 ad lib. vij. de
de cola t reconde in vase vitreo. Hec āt sic
sitim t aspiratē sedat: t inflāmationem extin
guit pectus pulmonē: t guttur lenit: fauces ex-
tinguit ventrē lubricū reddit: precordia hu-
ectat: t spūtū facilitat. Hec āt aqua vlteriorē
recipiens coctionē infundendo adhuc in ea
parū post parum circiter lib. x. aque calide
fit cibus t potus: quē quibusdā colatum: q̄
busdā nō colatum fm necessitatis indigenti
am. Hyppocrates dari precepit. Et q̄n ad
hūc vlteriorē recipit decoctionem vsq3 adeo
donec habeat mediocritatem inter unctum
et liquidum: et est cibus laudabilis habēs bo
nitates solemnes.

Sermo in aqua cicerū.

D Ixerūt antiqui duplicē in ciceribus
proprietatem esse. Et ex eis vna est:
que est expansa in superficie corticū
cicerū humiditas bauracia cum caliditate su
tili que tollitur sola ebullitione. Et est alia p
prietas que sedet in toto corpore eorū: et est

humiditas dulcis nutribilis tantum inflāma
tiua. Si vero coxeris lib.i.cicer͡ conseruan
tium adhuc nitrositatē suam cū lib.xx.aque
facili decoctione vsq̄ dū redeāt ad lib.x. tūc
erit aqua eorū potus medicinalis: ꝛ ꝓpterꝫ
laxatiuus: et abstersiuus: ꝛ aperitiuus opila
tionū tam precordiorꝫ q̄ nutritiuorum: ꝛ via
rū urine frangitiu⁹ lapidum in eis: ꝛ mūdifi-
cat viscera: sitim tamen non tollit. Et si vlte
riorem excipiat coctionem: ꝛ cuꝫ plurima aq̄
vsq̄ dum acquirat mediocritatē inter tenuie
ꝛ ī ūctū ē cibus bonus egritudinib⁹ flegma-
ticis. Verū oportet vt detur collatū. Ex ci-
ceribus āt a quibus iam expoliata fuerit ni-
trositas: fiant iuscula incitantia ventrē: et ī
pinguātia sermōdeꝫ ī aqua mell'ā scripsim⁹ ī
antidotario nr̄o: q̄re nō ē hic necesse ꝓpetere

Haboali. Juleb alkesmes conferēs
cū auxilio dei pleuresi: ꝛ dolorib⁹ pe-
ctoris. Recipe alkesmes ꝛ passulas
et decoquantur in aqua decoctione sufficiē-
ti: et accipe huiusmodi aque partem.i. peni-
diarum partem.ꝭ decoquatur vsq̄ dum suffi
cit ꝑ eundem modum fiat iuleb.

Item. Sirupus conferens tussi: et
pleuresi. Recipe succi granatorum
dulcium lib.ij. succi cannarum mell'
lib.i. penidiarum tantundem. Fiat ex eis si-
rupus bonus: si deus voluerit.

Iohannitius Juleb' subtile cōferens
pleuresi cum inflāmatiōe ꝛ siti. Re
cipe succi melonis indi: aut succi cu
curbite asse lib.iij. çuchari lib.iij. Fiat ex eis
sirupus: ꝛ detur cum aqua ordei.

Item. Sirupus violaceus cōferēs
febribus et pleuresi: ꝛ tussi sicce. Re
cipe violarū recentium: seminū cito
niorum: ꝛ citrulli ana.ʒ.x. seminis malue.ʒ.xij
gūmi arabici.ʒ.viij. draganti.ʒ.xv. Funde
super ea aque calide lib.vij. ꝛ dimitte die: et
nocte: deinde bulliat ad ꝯsumptionem medi-
etatis. Deinde cum penidiarum lib.ij.ꝛ.ʒ.fi-
at sirupus. Da cum aqua ordei: ꝛ mucillagi
ne psilij mane: et sero.

Isrealita. Sirupus ꝯferēs pleure
si: ꝛ catarro calido: ꝛ tussi calide cuꝫ
asperitate: ꝛ siti vehementi factis cau
sa siccitatis ꝑ potio. Recipe iuiubarꝫ pigui
um: sebesten: añ.c. violarū siracost añ.ʒ.x. liq̄
ritie florꝫ lingue bouis domestice añ.ʒ.xij. se-
minis malue citoniorꝫ: añ.ʒ.v. super ea ꝓijce
aq̄ calide lib.viij. ꝛ dīmitte die ac nocte: deīde
coque vsq̄ ad ꝯsumptionem medietatis ꝛ cū
çucharo lib.ij.ꝛ succi malorꝫ granatorꝫ dulci
um lib.i. Fiat sirupus. da cum aqua ordei: et
mucillagine psilij.

Item. Sirupus ꝯferēs pleuresi cū
inflāmatione: ꝛ acuitate vehementi
ꝛ tussi difficili. Recipe aque cucur-
bite lib.iij. siracost violarū añ.ʒ.xx. pulpe cas
siefistule.ʒ.x. Infūdantur omnia: per die ac
noctem in succo predicto calido. Deinde fri
ca manibus: ꝛ cola: ꝛ cum succi granatorum
dulcium: et çuchari lib.ij. Fiat sirupus da vt
superius diximus.

Hamec. Sirupus de violis ꝯferens
pleuresi: ꝛ tussi calide. Recipe viola
rum.℥.ꝫ. seminū citoniorꝫ: ꝛ maluꝫ
añ.℥.i. iuiubarꝫ sebesten añ.xxx. decoque in
lib.vij. aque cucurbite ad tertie ptis ꝯsūptio
nē. Et cum çuchari lib.ij. fiat sirupus.

Filius Zacharie. Confectio troci-
scorū festinantium maturationem ī
pleuresi: ꝛ facilitantiū sputū. Reci
pe violarū: succi liquiritie añ.ʒ.x. dragagāti:
amili: seminis altee: seminis feniculi añ.ʒ.iij.
confice cum mucillaginibus: ꝛ ꝓprie psilij:
ꝛ seminum citoniorum: ꝛ seminis lini: Et sit
dosis.ʒ.i. cum sirupo violato.

Item. Confectio vnguēti lenientis
pect⁹ ꝛ facilitātis sputū. Recipe oli
violarꝫ.ʒ.iiij. mucillagis sēis lini. et
semīs citoniorꝫ: ꝛ mucillagis sēis altee añ.ʒ.
.iiij. ordei mundi cocti ad ꝑfectionē vsq̄ dum
rubescat.℥.i.ꝛ.ʒ. succi radicū lilij.℥.i. cere pu
re.℥.i. aggregentur oīa bona aggregatiōe: ꝛ
ungat cū eo pect⁹: bonū si deus voluerit

Sabor rex medorꝫ. descriptio vnguē
ti sedātis dolorem ꝛ lenientis sputū
Recipe olī violati.℥.ij. cere:℥.ʒ. ad
ipis anatis: ꝛ galline: añ.ʒ.v. isopi humide.ʒ
.viij. butyri ouiuꝫ loti sepe ī aqua ordei.ʒ.iiij
mucillagis sēis lini: ꝛ altee añ.ʒ.x. Et fiat ex
eis vnguētū bonū: ꝛ expertū. Et si materia
compactior fuerit: pone pro oleo violato ole
um de lilio

Item. Confectio emplastri mirabi-
lis ad ea que diximus. Recipe foli
orum violarum.ʒ.v. radicum lilij.ʒ.
.x. farine ordei: et fabarum ana.ʒ.vi.ꝛ.ʒ. mu-
cillaginis maluauisci: et seminis citoniorum:
et seminis lini: añ.ʒ.xij. florūꝫ camomille dra
gaganti ana.ʒ.vij. cere.℥.ij. olei violati.℥.ꝫ
ꝫ. rob quantum sufficit aggregentur omnia
et decoquantur: et suppone. Si autem ma-
teria compactior fuerit: et indiget resolutiōe

addantur in eo farine ordei seis lini. ʒ .i. pro
oleo violato ponatur oleū de lilio. Et si cali
ditas intensior fuerit adde eis succi foliorū
cucurbite nenufaris añ. ʒ. xv. et subtrahimus
semen lini.

Item Aliud sedās dolorē maturās
Recipe farine ordei: mellilotī añ prē
.i. farine fenu greci: seminis lini: ana
partē. ʒ. seminis papaueris albi partis vnius
tertias. vel aut corticū papaueris prē. ʒ. vitel
lū oui vnū rob quātū sufficit ad aggregādū ea.

Aliud Almaraan. Emplastrum cō
ferens pleuresi. Recipe violarū sic
carum: furfuris farine albe: farine
ordei et fabarum malue: camomille mellilotī
partes equales. Confice cū cera et oleo vio
lato quantum sufficit: et vtere. Et si necessi
tas expetit ad maiorem resolutionem: adde
ficus albas farinā seminis lini et fenugreci.

Si āt resolutio quā queris nō fuerit
possibilis: immo tendit ad hoc vt su
purēt: et hoc significatur ex eo quod
nō mundificatur decimoquarto die imo mul
tiplicatur dolor cum febre: et difficultas et cō
strictio anhelitus et tussis: et alia. Et tunc dū
temus nostram consideratiōnē ad inuestigā
dum qualitatē accidentiū significātium sup
alterū duorum ex his que compꝛehendit ra
tio de esse virtutis. Nā si dolor cum predictis
accidentibus nō multum fuerit: neqꝫ propter
flobothomiā: neqꝫ propter sputū neqꝫ propter
alia sedatus: et virtus fuerit fortis expecta
suppurationē. Si autem fuerit debilis expe
cta casum eius et mortem.

Et dixit Hyppocrates qꝫ qui pleure
sis nō resoluitur neqꝫ mūdificatur vsqꝫ
ad diē. xiiij. Tūc permutatur ad collectio
nem: Et tunc oportet vt ars perducendi colle
ctionem ad suppurationē: et ex suppuratiōe
ad statum incolumitatis dirigat intentionem
nostram ad sex res. Prima quidē est matura
tio apostematis. Secunda est ingeniatio ad
rupturā eius. Tertia ē abstersio et mundifi
catio materierum. Quarta est mūdificatio:
et consolidatio. Quinta est correctio acciden
tium. Sexta est rerum sex regulatio.

Primā igitur rē cōplet administratio
rerum medicaminū aggregantium in
se virtutem lenificationis sit et reso
lutiōis vt cadat maturatio equaliter in mate
riam collectā: et illā quidē oportet vt latitudi
nē cū gradatione administrationis medicāi
num habeat incipiendo ab eis que sūt in gra

du temperate complexionis extendendo ad
ea que sunt maioris eleuationis: donec per
ueniatur ad gradum fortiū. Et scias quoniā
principium operationis medicamēti fortis in
equalem facit maturationē: aut ante matu
rationē apostema aperit. Maturantium
quedā operantur administrata interius per os
Et quedam exterius et interius operantur:
et temperatus est aqua decoctiōis ficuū sic
carū: et dactylorū: et fortius eis est decoctio
vitorūqꝫ: et ex eis est decoctio fenugreci: fi
cuum siccarū cum robaurfine eo aut passu
larum et fenugreci: aut aqua ordei decoctiōis fi
cuum siccarū vel radicum lilij cum melle. Et
ex eis est fortius decoctio ficuum passularum
enucleatarū: dactylorū: fenugreci: et seminis
malue cum melbuegi: et si fuerit eo calliditas
vehemens: tūc conueniens est aqua ordei cū iu
leb subtili: aut cum aqua mellis aut cum aqua
decoctionis maluarū: aut seminū eius aut
altee: aut radicis lilij aut ficuū siccarum et passu
larum: aut feniculi: aut seminum citoniorum
et similium.

Confectio trociscorum facientiū matu
rationē: et proprie cū nō est calliditas
vehemens. Recipe seminū malue
altee: farine fenugreci: seis lini: ana: farine o
rdei: succi liquiritie: terauiabin ana. fiat tro
sceos cum mucillagine seminis lini. Da cum
eo quod conuenit ex potibus.

Confectio alia trosciscorum conferē
tium ei cū quo est caliditas et febris
vehemens. Recipe violarū florū
draganti: amili: succi liquiritie: seminum
niorum: seminū citruli: et melonis: et cucurbite
seminum malue: altee: florū mellilotī añ. Fiat
trociscos cū mucillagie seminū citoniorum
aut seminis lini. da cū eo quod conuenit ex potu.

Extrinsecus āt operantium quedam
sunt embrocationes: et proprie ex aqua
decoctiōis malue altee: aut fenugre
ci: aut seminis lini: aut citoniorum et similium
administrate cum spongijs. Et quandoqꝫ ad
ditur eis quod est sicut mellilotum et aneth
et herba viri: quando oportet sedare dolor
Et quando oportet: quedam sunt linitiones
et proprie que sunt sicut cera: et oleum imbi
bita in mucillagine psilij: et seminum malue:
aut in mucillagine fenugreci et seminis lini
altee: et similium. Et ex eis est adeps galli
anatis: et similia. Et fortius eis est diaqui
lon dissolutum in oleo de lilio. Et adhuc
fortius: Quod fit ex mucillagine radicum

malue.altee farine ordei fenugreci: feis lini
τ feminis citonio:τ melle aggregatis cum
butiro loco:τ ceroto facto ex oleo τ cera: τ q̄
cūq; sunt emplastrationes: τ proprie cū eis
que fiunt sicut ex farina ordei τ mucillagine
ficuum cū melle simul coctis: aut ex farina or
dei τ mucillagine cū melle τ oleo veteri: aut
ex dactilis et farina frumenti: τ rob. ¶ Et ex
valde bonis ē quod fit ex folijs caulium τ fa
rina feni greci cum butyro simul coctis. Et
similiter ex radice lilij cocta cū rob τ butyro
Et fortius eis est quod fit ex farina ordei: et
semine lini: τ fenugreci τ semine malue coct
cum mucillagine ficuū τ altee cū melle τ bu-
tyro et rob τ adipe antiquo. Et adhuc forti⁹
si addatur eis galbanum dissolutum in rob:
aut vino dulci. Et adhuc fortius si addaf ex
fimo colūbino. Et fortius adhuc si addatur
verūq;. Hoc autem medicamen interdū col-
lectionem vsq; ad partes cutis adducit. Et
si addatur in medicamine herbe albedestur
aliquid operabitur id vehementius. Et con-
fert in hac hora administratio quietis τ pro-
prie in aere quieto: τ temperato ad caliditatē
τ humiditatem declināt. Cibos āt manducēt
maluas blites siclam atriplicē cū oleo amig
dalino. Et ex summa olerū: melius ē lenteg
est enim ei cibus τ medicina citam τ facilem
faciens apostematis maturationē. Et lauda
tur eis aliquid alterentiabiue ius cicerū dul
cium cum mellilioto: τ sorbitiones frumenta
te τ ius caulium τ similia. Et concedūf eis
in sa mensa ficus sicce elixe. τ dactili humidi
τ hesnes: τ poma dulcia elixa: et canna mel-
lis τ similia.

Secundā rem complent administrati
ones medicaminum aggregantium
in se virtutē lenitiōis τ aptōis cū ingēia
tionibus ex modis opationū. Et ad hoc q̄-
dem genus medicaminis perueniendū ē cū
iam factū ē dubellari. τ hoc quidē significaf
ex remissione doloris: τ febris: τ multiplicatō
ne grauedinis in loco collectiōis. Medica-
mina autem quibus inest proprietas hoc fa-
cere ex eis que sumuntur p os sūt sicut siru-
pus de isopo τ de passio. Et ex eis efficatior
est sirupus de succo herbe albedustar: τ mel-
le: aut apozima eius cum modico fermēti si
mul distemperatis et coctis: τ fortius eis est
succus ipsius cum fermēto: τ melle: τ adhuc
fortius: si addaf eis baurac modicū: τ ē forte
τ confert in hac hora: τ proprie cū natura est
fortis: τ febris nō est: administratio tiriace. τ

mitridati. Festinant enim et facilitant aperti
onē. Et similiter sinapis cum aqua mellis aut
assa ferida cū lacte. Et eis āt quib⁹ vtimur
extra: est emplastrū factū ex herba albedu-
stur: τ butyro: aut adipe antiquo: τ melle. Et
fortius eis ē si addaf ex fimo colūbino: τ fer
mento τ adhuc fortius si addaf baurac. mo-
di āt operationum quibus ingēiamur ad ap
tionem apostematis sunt prouocatio tussicule
hora post horam. Et fortius eo est prouocatō
vomitus: τ confert ante horam eruptiōis: vt
dormiat super latus infirmum deinde reuol
uaf subito et impetuose ad latus sanū. τ sūt
ex ingeniantibus qui mouent et agitāt eos
lecto pensili aut in curru: τ sunt qui agitant
sedem in qua sedēt gubernādo eos ne cadāt
Et sint cibi eoꝝ in hac hora sorbitiones fer-
mētate ex farina cū melle: aut tritico aut ex
farina ordei: aut tritici aut cicerū. Et pānis fer
mētatus infusus aqua mellis: aut rob: τ con
cedunt eis oua sorbilia cum pane: τ lac ca_in
sicut mulgef cū pane: τ passulis: τ ficus sicce
cū pane. Et comedāt i sa mensa grana pine
arū cum ficubus siccis: τ amigdalis dulcib⁹
τ amaris τ fistia.

Verū si cū hac arte apostema nō rū-
pitur: tunc est timorosū: q̄re oportet
vt aperiaf collectio cū flobotomo
aut cauterio vt sanies egrediatur: τ nō subi-
to: ne superueniat ei quod ē sicut debilitatio: τ
sincopis: τ mors. Quare oportet vt paulatī
omni die trahaf: τ cum cautela. Cum autē
sanies que expuif post apostema iam fractū
aut egreditur post apertionē iam factā fue-
rit alba: τ iuncte equalis non habens ō odo
re corruptionis aliquid omnino: et febris cō-
tinuaf remissio paulatim: tunc est aliquid de
quo est spes: ad incolumitatē: et proprie qñ
continuantur ei quinque alie significatiōes
laudabiles: q̄ sunt pprie lenitas: quies: iocū-
ditas: τ desiderium cibi: τ bonitas aliaꝝ opa
tionum: videlicet naturalium: τ spiritualiū
quare in hac oportet hora vt ɔseruet virtutē
cum carnibus: et cibis temperatis. Neq; ter
rendum de febricula: quoniam eradicabitur
paulatim exeunte sanie. Cum autem accidē
tia in contrarium eorum que diximus appa
ruerint: tunc est illud de quo desperabitur.
¶ Inquit Hyppocrates: terminus rupture
huius apostematis: quandoq; prescribitur i
.xx. eius: quandoq; .xl. τ quādoq; .lx. et illud
ideo quia τ quāto accidētia collectiōis fuerint
vehemētiōa tāto stat⁹ velocior τ eruptō velociō

⁊ quãto accidentia leniora ⁊ pigriora fuerint tãto status ⁊ eruptio remotior. Accidẽtia aũt super hec significãtia sunt febris ⁊ dolor. Hec enim vehementia: aut remissa eiuſ. aut tardã eruptionem declarant.

Tertiã rem ꝯplent administratioẽs medicaminũ a sanie mũdificantiũ post colectionis eruptioẽs. Et hoc quidẽ ſm exigentiã declinatiõis saniei. In quibusdã enim trãsitum hñs p pulmonẽ excreat̃ cum tussi. In quibusdã vero recipit̃ in vacuitate corporis: ⁊ subintrans venam ꝯcauã trãsit ad epar: ⁊ si quidẽ: aut ĩ ptem ꝯcauã eius: et declinabit ad intestina magis sicut ad ꝓpinquiores ductus aut ad ptẽ gibosã ipsius ⁊ d̾clinabit ad vias vrine: ⁊ ĩ quibusdã fit pꝰ rupturã ad nullã partiũ saniei declinatio: quare ꝯculcat̃ ibidẽ: ⁊ ẽ materia morboꝝ difficilium ⁊ prisis: ⁊ qñq3 prefocat multitudine sua. Quibus omnibus iã succurrimus vt mundificetur a ꝓncipio vulnus: Nisi. n. sic Hippocrates dixit vsq3 ad. xl. dies mundificatũ fuerit faciet cadere in ptisim. Cũ aũt natura expulsionis saniei viã fecerit p os abstersiua: mundificatiua: lauatiua medicinã dari oportet et in genere coꝝ ẽ aqua mellis laudabilior: ⁊ aqua zuchari ⁊ iuleb: ⁊ similiter aqua ordei: ⁊ aqua cicer: ⁊ fortius eis est secaniabin Galieni quod scriptũ ẽ ĩ capitulo qḋ ẽ ante istud. Et adhuc eis fortius ẽ decoctio isopi ⁊ sirupus eius. ⁊ decoctio radicũ lilij celestis ⁊ sirupus ipsius mellinus. Huius etiã intẽtionis est lohoc de caulibus: ⁊ lohoc de squilla: ⁊ electuariũ d̾ ordeo: ⁊ lohoc d̾ alleis ẽ vehemẽs virtutis ĩ hac pte: ⁊ allea assa cũ melle ⁊ butyro. Et nos hec scripsimus in capitulo d̾ asmate ⁊ tussi. Plura ⁊ diuersa ex eis que pectus ⁊ pulmonẽ a putredinibus mundificant: scripsimus ibidẽ que ibi requirũtur. Cõfert etiã vomitus prouocatio cũ interpolatione cum aqua mellis: ⁊ sale: aut cũ aqua mellis et baurac: aut sinapi. Conferunt etiã sup locũ embrocatiões ⁊ linimenta ⁊ emplastrationes: ⁊ ꝓprie ex rebꝰ que adiuuãt ad mundificationẽ: ⁊ ex summa coꝝ est decoctio albasce: aut isopi: aut ireos: aut similiũ administrata cũ spongijs. Et qñq3 miscetur cũ eis quod ẽ sicut spica ⁊ lignũ balsami: et grana cinie: bueg. ⁊ aristologia rotunda. Et ex eis que liniunt̃ super locũ est oleũ de spica: ⁊ oleũ d̾ alcãna. ⁊ oleũ de lilio: ⁊ oleũ camomillinũ ⁊ anetinũ. Et fortiꝰ eis ẽ oleũ d̾ ireos. Et adhuc fortius est oleum balsami.

Emplastrationes aũt oportet vt fiant ex eis que sũt sic camomilla mellilotũ spica ⁊ farina ordei fenugreci ⁊ seminis lini ⁊ seminis malue congregatio cũ cerotõ qḋ fit ex isopo humido: ⁊ oleo de lilio: ⁊ oleo nardino: ⁊ oleo de ireos ⁊ cera. Et fortius eis est ⁊ ꝓprie quando q̃ritur extinctio: ⁊ ꝓprie factũ ex alumine: sulfure ⁊ aspalto aggregatis cũ oximelle. Et quidẽ sup his cauen est: medicinã huius nõ esse euacuandã ab aliq̃ trium ꝓprietatũ. Et pma quidem est vt sit abstersiua ⁊ mundificatiua. Secunda vt sit mebei per quod ẽ saniei transitus confortatiua. Tertia. vt sit expulsionis facte p illud iuuãtium facilitatiua. Et pmum quidẽ pficitur cũ eis que sunt sicut aqua mellis: ⁊ aqua zuchari. sirupus mellinus: ⁊ alia quoꝝ precessit rememoratio. Et secũdũ vero cũ eo qḋ ẽ sicut isopus hasce: hesimes: ⁊ similia in expulsione facta per pulmonem. Et sicut spica: ⁊ condumenti: ⁊ amigdalarum amarũ: ⁊ similia in expulsione facta per epar ad vias vrine sicut trocisci diarodon: ⁊ mastix: ⁊ sudꝰ: ⁊ similia facta in expulsione per epar ad intestina: Tertium vero perficitur cum eo quod est sicut ireos et semen altarac et carthamus: ⁊ similia: ⁊ quando sanies expurgatur sputo. Et sicut decoctio feniculi ⁊ apij: ⁊ aqua cicerum ⁊ similium quando expurgatur p vrinã. Et sicut sal: ⁊ baurac: ⁊ carthamus: quando expurgatur per intestina. Et sunt ex medicinis que aggregant in se omnes intentiones sicut vua passa antiqua: et mel: ⁊ liquiritia ⁊ capilli veneris: et isopus: ⁊ cassiafistula: et manna ⁊ similia. Hec. n. adiuuãt ad expulsiones omnes q̃s diximus. Et sunt ex medicinis magnis: que etiam aggregant omnes has intentiones: sed non sunt administrãde nisi cum morbus ꝓprie cronicatur. Et sũt tiriaca ꝓprie: et mitridatũ ⁊ athanasia: mũdificant enim hec sufficienter. Et ex eis ẽ cõfectio mirabilis relata ad Archigenẽ quam scripsimus in capitulo de tussi. Et similiter medicamen de piperibus. Uerum super his cautela adhibenda est: oportet enim febre decrescente dari: ⁊ natura non debili existente: ⁊ cum melle plurimo: aut aqua mellis: ⁊ vt expetetur sanies: ⁊ mundificetur locus. Et sit potio eorum circiter auellanam vnam vel duas ſm exigentiam rei cum eo quod conuenit ex potibus ⁊ ꝓprie cum aqua mellis. In cr̃astinum autem sit quantitas eoꝝ maior: ⁊ sic semper diminuẽdo donec perueniat̃ ad mel solum

Et si nõ plene cũ his mundificet̃ :iterũ rede
atur ad illa: et iterũ si oportet procedat̃ eadẽ
doctrina vsq̃ ad id quod exiccet̃ in totũ. Et
si cum hoc regimie adhuc nõ mundificabit̃
plene: accelerabimus cũ sapia ⁊ administrabi
mus medicinã ex arsenico ⁊ sulfure fꝫ sentẽ
tiã traditã a nobis in capitulo de asmate: et
tussi. Hec.n.exiccãt cum fortitudie. Et sicũ
his ꝯstringit̃ anhelitus redeundũ est ad ea q̃
dilatãt ipsam: ⁊ educunt saniẽ sicut aq̃ mel
lis cũ medicamine ysopi. Et si supcalefiunt
ex earũ administratione: redeũdũ ẽ ad aquã
ordei cum aqua mellis: ⁊ iulep et similia. Cũ
autẽ hec accidentia cessauerint.s. constrictio
anhelitus ⁊ supercalefactio: ⁊ exiccatio ite
rent̃ predicta cum vicissitudine sm exigenti
am necessitatis. Cibi ãt eoꝝ sint: sicut aq̃
cicerũ: ⁊ alterantia alim: ⁊ sorbitiones subtiles
ex farina cicerũ ordei ⁊ fabarum cũ oleo ami
gdalino ⁊ melle et zuccharo ⁊ ius caulium cũ
oleo amigdalino: ⁊ quandoq̃ cum gallinis ni
si febris vehemẽtia ꝓhibeat ⁊ ius gallinarũ
antiquarũ: ⁊ ius galli antiqui: ⁊ carnes pulli
ne et edine: ⁊ addat̃ eis in cibis: aut iurib⁹ eo
rum dum res expostulat ex pipere aliqd̃. ad
iuuat enim ad mundificãdũ: ⁊ exiccandũ. Et
pcepit Galienus dari cepas et alleum in ie
iunio vt vulnus nõ claudat̃: donec mundifi
cet̃. Et precepit dum sanies ad intestina de
clinat dari cibaria que ventrẽ moueãt: sicut ꝓ
prie malua bleta atriplices ⁊ leurẽq̃. Et cuꝫ
per vias renum educere volueris dari q̃ sũt
sicut asparagi: aut baulia: ⁊ similia. In se
cunda vero mensa comedat grana pini ami
gdalas cum melle: ⁊ semina feniculi: ⁊ dacti
los hũidos: ⁊ similia. Et concedũt̃ etiã post
cibos poma dulcia: ⁊ citonia: et pira: ⁊ ꝓprie
sceburd: ⁊ similia. Potũ ãt damus eis vinũ
dulce: ⁊ vinum alkesimes: ⁊ vinũ de passulis
⁊ aqua mellis: ⁊ aqua zuchari. Si ãt colle
ctio erũpit̃: ⁊ diffũdit̃ sanies in loco collecti
onis ad nullã partẽ declinãs: tũc oportꝫ cau
teria super eodẽ loco.iii.vel.v.vel plura sine
cessitas expetit i pectoris cũ cauterio punctiꝫ et
perforet̃ pectus vsq̃ ad locũ saniei: Et hoc
si fuerit i pectore. Si ãt fuerit i latere apiat̃
cũ sagitella vsq̃ dum perueniat̃ ad saniem: vt
extrahat̃ ⁊ exiccet̃ extractionibus remouen
tibus materiã donec sanies paulatim exicce
tur in totum mundificationibus ⁊ abstersio
nibus quotidie factis cũ aqua mellis: Aut
cum vino mellito ⁊ similibus.

Quartã rem ꝯplent administratiões
medicaminũ aggregantium nunc vir
tutẽ abstersionis ⁊ mundificationis
nunc vero icarnatiõis ⁊ ꝯsolidatiõis. ⁊ opor
tet medicamina huius sibi inuicẽ succedãt vs
q̃ dũ plena appareat sanitas. Et dictum est
aquã mellis abstersiuũ bonũ esse. Et dictuꝫ
est de aliis que nõ oportet nunc iterare. Et
iã quidẽ cõpertũ est in lacte caprino: aut asi
nino aggregari intẽtiões duas: scilicet abster
sionis ex pte aquositatis eius et ꝯsolidatiõis
ex pte caseitatis eius. Et oportet vt sit lac
calidũ statim cũ mulget̃: ⁊ sit post bonuꝫ pa
stũ: ⁊ ꝓprie desiccatiuũ. Uerũ asininum lac
subtilius est q̃ caprinum: caprinũ vero tempe
ratius est eo. Et aqua decoctionis ordei: can
croꝝ fluuialiũ aggregat similiter intentiones
duas pdictas: ⁊ similiter lac coctum cum oli
uis. Medicinaꝝ ãt icarnantiũ ⁊ ꝯsolidãtiũ
vulnera pulmonis ⁊ pectoris: sũma dicta est
i capitulo de sputo sanguĩs: quare oportet:
vt pars illa afferat̃ ad locũ hunc. Et loq̃mur
adhuc de eis in capitulo de ptisi si deus vo
luerit. Cibi ãt eoꝝ sint carnes paruaꝝ auiũ:
⁊ extremitates edorũ ⁊ porcorum iuuenum
⁊ arietũ castratorũ: ⁊ risum cũ gallinis: ⁊ tri
⁊ sorbitiones tenere ex frumẽto cuꝫ carnib⁹
Et ex valde iuuantibus sunt sorbitiones ex
farina orobi: aut ex farina risi cum lacte. Et
lac coctum cũ eis est cibus delectabilis: ⁊ ꝓ
prie cũ lapidibus fluuialib⁹: aut calide: et si
militer caseus recẽs: ⁊ similiter sorbitiones ⁊
pulmenta ex lacte cum farina cicerũ: aut fa
barũ: aut amili. Caueat̃ ãt indigestio eius ꝯ
tingens.n. ex lacte molesta ẽ ⁊ inimica ⁊ pro
prie quantum eius nutrimentum est amicuꝫ
Potus eoꝝ sit vinum mediocriter stipticũ:
⁊ vinum album antiquum: ⁊ vinũ antiquum
dulce est bonũ eis: ⁊ aqua in qua extinguit̃
ferrum: aut aqua de minera ferri: ⁊ aqua ro
sata et aqua pluuialis infusionis gummi ar
sicet similia: ⁊ laudatur eis rob myrtinum et
sirupus eius: et mina cum aqua masticie: Et
nõ negligãtur excellẽtie zuchari rosati ⁊ ad
ministrationes eius omni hora. Fortasse.n.
est ipsum solum medicina curans eos ⁊ nos
diximus in capitulo de sputo sanguinis sm
sermonem Galieni: et dicemus hoc latius i
capitulo de ptisi si deus voluerit. Medicina
rum autem summa: que administratur em
plastrando dicta est in capitulo de sputo sã
guinis.

Quintam rem complent administra-
tiones medicinarū sedantiū accidē-
tia in tota cure latitudine supuenien-
tia: et sunt vehemētia doloris: et febris: et pra
uitas angustie: et sitis: et tussis vehemens: et
strictio anhelitus: et vigilie: et fastidiū cibi: que
tempore collectionis: et maturationis timo-
rosa sunt: maturata aūt ea suspecta sūt ma
gis post eruptionem autem ipsius remanen
tia mortalia sunt. Uerum ex eis quedam re
manentia sunt fm magis: et minus suspecta
et quedam corrigi possunt: quedam autem mi
nime. Inquit Hypocrates dolor et febris:
circa saniei generationem vehementiora sūt.
generata autē ea remissiora: et amplius remis
siora post eruptionem ipsius: et adhuc ampli
us mundificata: et exiccata ea. Si autem in
contrarium hoc acciderit: tunc nil aliud nisi
pessimitas et profunda corruptio ex prauita
te ventositatis significatur: et hec quidem ve
re mortalis: et testatur hoc virus apparens:
sicut amurca et fetidum et hoc quidem incor-
rigibile desperandum omnino. Et hoc idē
de prauitate angustie dicimus et similiter de
tussi et constrictione anhelitus. Uigilie aūt
sitis et appetitus defectio aliam: atque aliam
possunt habere causam propter quod non iu
dicanda mala simpliciter. Uigilationē autē
efficit mala cerebri complexio sicut siccitas et
hauractas ex mala humiditate occultata in
ipso. Aliquando autem efficit frequens agi
tatio super aliqua re: et iam quidem diximus
curam eius in capitulo de sahara. Sitis eti
am causam potest habere extraneam: sicut est
proprie salsuginositas ex mala qualitate ex
istente in stomacho: aut caliditas: aut siccitas
in orificio ipsius. et alia sicut dicemus in capitu
lo suo: et curatur sicut dicemus ibi. Et simili
ter defectio appetitus potest habere cās quas
etiam dicemus in proprijs capitulis.

Sextam rem cōplent administratiões
regiminū ex generibus rerū sex fm
exigentiā quisque canonū supradicto
rum. Et hoc quidem dictum est.

Filius Zacharie. Confectio troci-
scorum qui administrantur cum aqua
ordei cum qua cocti sunt cancri flu-
uiales: et sirupus de papauere: aut rob myrti
Et conferunt ad consolidationem et mundificati
onem vulneris aut pulmonis: quarū permix-
tio. Recipe papaueris albi: seminis cucurbi
te et citruloꝝ excorticatorum an. ʒ. x. amili dra
gaganti: gummi arabici: succi liquiricie ana.
ʒ. v. thuris masculi: sedenegi lori: boli arme
ni: sanguinis draconis karabe an. ʒ. ii. myrre
cinamomi: opii. an. ʒ. i. Et fiant trocisci: et ad
ministrentur.

Item. Confectio emplastri festinā-
tis maturationem pleuresis: et se-
dantis dolorem eius. Recipe aneti
camomille violarum siccatarum furfuris alice
farine seminis lini fenu greci ordei an. Deco
quantur in aqua donec sint decocta. Dein-
de conterantur: et misce cū oleo antiquo: Et
supponatur tepidum: et quādoque addunt in eo ci
nis capillorum et adeps anatis.

Galienus. Confectio loboc mundifi
cantis et abstergentis saniē a pecto-
re et pulmone. Recipe amigdalarum
dulcium et amararum granorum pini seminis radi
cis: farine lupinorū an. partes equales. Con
fice cum melle: et da cum eo quod oportet.
Plures ex preteritis medicinis mundificā-
tibus pectus: et pulmonē a sanie et virulentia
sunt in capitulo de asmate et tussi eque repe-
tuntur ibi. Et ex medicinis sanantibus vulnera
pectoris et pulmonis. plures dicte sunt in ca-
pitulo de sputo sanguinis.

Aboali. Confectio trociscorū ad vl
cera que fiunt in pectore et pulmone
consolidantium ea. Recipe rosarum
balaustie an. ʒ. ii. sanguinis draconis: amili
olibani an. ʒ. i. dragaganti: masticis an. ʒ. i. s. et
acacie: croci an. ʒ. vnius tertiā: karabe: et myr
re an. ʒ. s. Confice cum rob citoniorum myrtillo
rum da cum eisdem.

Confectio medicaminis ex inuentio
ne nostra: quod est medicamē forte et
expertum ad vlcera pulmonis et pe-
ctoris et mūdificat ea a sanie: et materia visco
sa contenta in eis et facilitat expulsionem eius.
Cuius hec est permixtio. Recipe olibāi myr
re: cinamomi: amomi: granorum pini: radici
ireos: gummi albotin croci: galli an. ʒ. iii. spi
ce cassiefistule carnium dactiloꝝ an. ʒ. iii. costi
ʒ. ii. galbani. ʒ. vnius tertias. ii. mellis quan
tum sufficit ad aggregandū ea. Decoquan
tur mel et albotin in vase duplici vsque dū ha-
beat spissitudinem: deinde permisce cū eis gal
banum: et fac bullire denuo: deide proijce su
per ipsum puluerem aliarum rerum: et da cū
eo quod conuenit.

Permutationum autem pleuresis ad
alias egritudines: quedam sūt ad bo
nū: quedā ad malū. Permutatur aūt
i peripneumoniam: et ad ptisim: et ad malum.

Et permutatio eius ad peripneumoniam ē
ſm alterū duorū modorū. Quādoq; enim fit ex
conuerſione materiei pleureſis ad pulmonē
quandoq; ex cōuerſione virus ad ipſum que
nō mūdificat vſq; ad .xl. dies a ruptura col-
lectionis. Et pmutatio eius ad ptiſim ſimili
ter fit ſm alterū duorū modorū aut mediāte
pipneumonia: aut ſine mediatione eius: Et
propter cū ſanies acuta & mordicatiua reſo-
luta ab eruptione apoſtematis tranſiens p
pulmonē vlcerat ſubſtantiā eius. ¶ Et dixit
Hyppocrates: quod qñ pleureſis nō reſol-
uit neq; mundificat in .xiiij. diebus: in empia
tranſit: et ſi empima nō mundificat i .xl. die-
bus a die rupture permutatur in ptiſim. Et
dixit Galienus q; materia pleureſis quādo-
q; rapitur fluxu ventris quādoq; natura vi-
cit ſuper ipſam et expellit eam ad partē au-
rium & facit collectionem: & eſt ſignificatio in
columitatis. Et qñq; apparet victoria mor-
bi ſupra naturā & ſignificat ex permutatiōe
intellectus: & fit permutatio in freneſim: Et
qñq; vltimat materia morbi ſupra naturā: et
declinat materia ad cerebrū: & interficit vſq;
ad diem .iiij. & quādoq; declinat ad neruos: et
facit ſpaſmum. Et dixit iterū Galienus: q; ō
quando rapitur ad partes cordis multiplica
tur tremor eius & ſincopis: et interficit in pri
cipio: & qñq; ſubito. ¶ Et dixit Hyppocra-
tes q; aliquādo accidit ex prauitate & ventoſi
tate materie vt vincat ſupra poſſe nature vl
non conuertat ptes loci vt appareat dorſum
patientis quaſi dorſū verberati: & viret lat⁹
eius & nigret ita q; cōſueuit de eis dicere vul
gus eſſe percuſſos demone. Iterū Galien⁹
dixit q; natura multotiens vincit ſupra mor
bum & expellit materiam eius ad loca vacua:
ſubaſcellarium & inguinum: et partium cruriū:
& aurium & pedū: & conuertit in apoſtemata
bene nata ad pleureſim. Significat enim ſa
lutem: & quādoq; cōuertit materiam et extra
bit vſq; ad cutem & ducitur ad melanciam: &
cum apoſtemate ſub cute.

De peripneumonia.

Peripneumonia ē apoſtema & ex mē
bri denominatione nomē accipit: eſt
enim apoſtema pulmōis. ¶ Et dixit
Galienus q; eſt morbus difficilior cura q̄
pleureſis. & magis promptior ad interficien-
dum et illud propter duas res. Et quidē pri-
ma eſt: quoniam in pulmone: ſicut ſcis ſolu-
tio continuitatis raro eſt ſuſceptibilis cure
propter cās in capitulo de ſputo ſanguinis

aſſignatas. Secūda ē quia virtus cordis nō
patitur: immo deficit ob inflammatione eius
creauit .n. ipſū ſapientia vt euentaret cor. eſt
autem peripneumonia morbus p ſe aut mor
bus ex altero morbo cauſatus. Et ſi quidem
que cauſat ab eo quod ē aptum natū eē nutri
mētum pulmonis: aut a ſuperfluitate nutri-
menti ipſius eſt morbus per ſe. Derivat aūt
ex altero morbo: ſicut ea que fit poſt catarrū
& poſt pleureſim. Fit āt peripneumonia ex
omni materia ſicut pleureſis. Et ex ea ē que
dam vera: quedam nō vera. Et dixit Galie-
nus q; vera peripneumonia eſt q̄ fit a flegma
te. Et videtur quod dicēti q; vera pipneumo
nia eſt que fit ex colera ſit magis credendum
Et enim pulmo eſt mēbrū colericū et ei⁹ nu-
trimentū eſt ſanguis colericus. Et iam q̄dem
canon eſt q; morbus: cuius complexio nō re-
cedit a complexione membri: niſi ſicut natu-
rale & innaturale ē morbus proprie ver⁹.
¶ Recedēs autem ab eius cōplexione in cōtra
rium ipſius eſt morbus gebdeg idest morbus
nouus. Et fortaſis ratio pro Galieno ē quo-
niam morbus proprie verus minus moleſt⁹
eſt q̄ gebdeg. Et peripneumonia flegmatica
nō ē in vehementia prauitatis ſicut colerica.
Interficit .n. cito colerica acuitate ſua: cū ſit
vicina cordi: et oppoſito eam infrigidantibus
nō peruenit ad locū: nec pducitur: niſi p⁹ eius
alterationem plurimam: & quod propter viam
diſtantiam calefit. ¶ Hoc autem ſecus eſt i
flegmatica: quoniam oportet medicamīa eē
maturatiua & reſolutiua que facile ſunt pue
nientia ad locum neceſſitatis ſine diminutio
ne virtutis eorū. Preterea morbus propri
us alius eſt qui fit de materia que deputatur
ad nutrimentum: alius eſt qui fit de materia: q̄
dum irrūpitur facit morbum: aut fit de mate
ria que eſt ſuperfluitas nutrimenti illi⁹ mem
bri. Et iam quidem Ariſtoteles dixit q; ſuper
fluitas: eſt contraria illi rei. cuius ē ſupflui-
tas ſicut fumus & lolus & ſicut vrina & maſſa
ſanguinea: & ſicut ſudor & humores in venis
& ſicut medulla & nutrimentum oſſiū: & ſicut
adeps & caro: & ſimilia: niſi ſit ſuperfluitas ō
lamia potentialitatis eius a qua decidit:
ſicut ſperma. Et ſciēdū q; pulmo ſicut cete-
ra mēbra partem ſibi propriam de humorib⁹
recipit: ſed quod ē ſicut ſanguis colericus ō
ipſis deputatur ad nutrimentum ipſius. Et
ſuperfluitas ſui nutrimenti quod eſt flegma
mittitur in vacuitates eius propter cās vtili
tatū q̄s ſcis propter quod quidā crediderūt

Galieno dicenti quod vera peripneumonia fit ex flegmate: sicut ex superfluo nutrimento: et crediderũt alij dicentibus q fit ex colera sicut ex nutrimẽto cui iã accidit corruptio. Et hoc fm intentiões proprias. Terminatur aũt hec passio fz vnũ triũ modo sic et pleuresis: aut enĩ resoluitur: aut suppuratur: aut permutatur. Et cura eius ẽ similis cure pleuresis.

¶ De empimate.

Empima quoq fit ex pleuresi: et diximus curã eius. Et quãdoq fit a peripneumonia. sicut dictũ est. Et quãq ex sanguinis sputo. Verũ causa eo quandoq est a pulmone: quãdoq a pectore et partibus eius. Et iã quidẽ Galienus dixit factã ex causis in pulmone molestiorẽ esse ea: que est ex causis in pectore propter cãs dictas in capitulo quod est ante illud. Et similiter curam eius difficiliorẽ esse propter cãs dictas in capitulo de sputo sanguinis. Cura aũt cuius speciei eius similis est cure empimatis facte a pleuresi quam diximus.

¶ De ptisi.

mamillis applicata ex rebus tepide calidita-
tis ⁊ humiditatis iuuantibus digestiuā ⁊ nu
tritiuā virtutē ⁊ etiam cū a ꝓprietate qualia
sunt emplꝫ factū ex sisamo bulito ī vino pre
dicta sūt ad cām diminutionis lactis et qui
bus curā exuberationis comprehendere p
cōtrariū poteris ⁊ ad actū reducere si sufficiē
grā tibi adsit. Inguit abo. quādā expertū sit
elixaturā capitū salsoꝝ piscū in aqua idest
succo aneti bibitam. Et ex primo valere prop
ter ꝓprietatē vbi causa diminutionis sit ex
humida ⁊ frigida causa. ¶ Et ex eis quoꝝ
in lac multiplicāt ē butirū vacinū ʒ. i. cū vi
no bibitū ⁊ similiter sisamū molitū. Itē ex
expertis per me est vt fiat panis ex farina t
tici cū semine iuriulee ⁊ eo vtatur. Et ex ster
core turdoꝝ cū lacte asine ⁊ oleo more emplī
stri liniantur mamille ⁊ ē satis temperatū cō
forttans naturā mamilaꝝ ⁊ omni discrasie ↄ
ferens. Itē. ℞. amigdalaꝝ dulciū pineaꝝ
⁊ festucaꝝ farine granoꝝ viridiū iuriulee: ⁊
secacul ana partes equales terant ⁊ ↄficiān
tur cū butiro ⁊ fiant placētule de quibus ꝗ
die mane ⁊ sero sumat. i. que sit quantitatis
oui vnꝰ. ¶ Sorbitio facta ex succo fesare
cū frumento decocto ⁊ melle facit exuberare
lac secūdū inuentionē nostrā. ¶ Medicamen
valde bonū faciens exuberare lac. Recipe
seminis aneti. ʒ. iij. seminis mandragore. semi
nis porri ana. ʒ. i. seminis fenugreci ⁊ seminis et
ule ana. ʒ. ij. Tritū cum succo feniculi ⁊ mel
le ⁊ butiro misceantur ⁊ in potu sumantur.
Et primo valere vbi causa diminutionis fit et
peccato sanguīs in quanto ⁊ qualitate frigi
da. Itē alia cōfectio impinguatiua nostra
faciēs lac ⁊ sperma exuberare. Recipe nu
cleorum nucis neriden ⁊ been ⁊ doronigi ⁊ ora
gani seminis papaueris ⁊ karabe ana. ʒ. iij.
tere ⁊ pulueriça ⁊ frige cum butiro sufficiēte

loni cum duabus eminis paruis fauic tritici
ꝛ mina.i. gucbari mẽsura ꝛ mina.i. parua de
ea sumatur ol die.ʒ.xx. ꝛ decoquatur cũ du
abus libris lactis ꝛ ponee desuper de buti
ro quantum necesse est ꝛ sorbeatur quoniam
bonum ꝛ rationabile est ꝛ expertum in com
plenda tua intentione si confidis in deo.
¶ Suffuf. ad impinguandum faciens exube
rare lac ꝛ sperma. Recipe ciceris infusi in
lacte vacino aut ouis exiccati.ʒ.l. risi quod
ablutũ ẽ multotiens ꝛ exiccatũ.ʒ.xx. tritici
voadei tritoꝝ ꝛ excorticatoꝝ añ.ʒ.xxx. amig
dalaꝝ dulciũ excorticatarum.ʒ.l. papaue
ris.ʒ.ij. panis de sisamo triti ꝛ exiccati.ʒ.xl.
gucbari tabarget lib.i. terantur ꝛ dentur om
ni die ad sorbendũ.ʒ.xxx. postꝗ decoquitur
cũ lacte aut aqua furfuris vl' amidi ꝛ ponci
atur in ea quando decoquitur.ʒ.i. cimini.
¶ Electuarium quod auget sperma ꝛ lac.
Recipe seminis lurinie idest arboris que di
citur liburnus seminis naponũ ceparum ra
dicis speragi secacul pinearum mundatarũ
fesiucarũ amigdalaꝝ dulciũ ꝛ auelanarũ cin
ziberis piperis albi añ. partes equales. Te
rantur ꝛ conficiantur cum melle ꝛ butiro ꝛ
cũ lacte nouiter mulso sumatur ol die quã
titas.ʒ.iij. Albohali dicit agnus castus ẽ ex
eis que multiplicant lac ꝛ minuunt sperma
a proprietate. Idẽ confectio medicamis ml'
tiplicãtis lac. Recipe seminis napi exule ra
sa al porri cepe feniculi farine ciceris ana par
tes equales. Sumatur ex eis puluis mane
ꝛ sero: ꝛ comedatur post ipsũ cicer infusum i
lacte ꝛ superbibatur lac ipsum. Nocumen
tũ diminutionis lactis quod infanti proue
nit est diminutio alimenti. Cuius augmẽtũ
dupliciter sibi necessariũ existit corrigit ꝛ em
dat aut per inuentionem alterius nutricis
sufficientis que elligenda est conditionibus
debitis quas scuisti. Quod si inueniri non
possit animal magis simile homini loco eius
inueniatur ex quibus esset sus cuius sãguis
est sanguini hominis magis proportionalis
ꝛ caro magis similis. fm Galienũ sed quia i
docilis ꝛ immunda abiciatur ¶ Elligatur
ergo que mitis est ꝛ munda: docilis ꝛ suauis
scilicet capra cuius lac est mediocris cõsistẽ
tie ꝛ nutriatur bonis pascuis ꝛ lactetur ex ea
ꝙ si ipsa nõ possit haberi habeatur lac eius
ꝛ eo immisso in ore suauiter nutriatur: Item a
ministrabis ex inscalis ex vitelis ouoꝝ cũ
mica panis ꝛ iure carniũ lacte amigdalaꝝ

amido ꝛ pulmentis ex farina tritici vel simu
la bene aluti vel fabarũ vel cicerũ aut ex cã
nibꝰ bene tritis cibetur. Et potest vino bene
lipharo i ꝗ mica pãis resideret. Hijs enĩ ad e
tatem dentiũ plantã tuã in qua dura mãde
re põt conuenienter perduces cũ auxilio eiꝰ
cuiꝰ dispositione oĩa vegetantur ꝛ vnus inẽ
clusus in lapide recipit nutrimentum.

¶ Capitulũ secundum de exuberati
one lactis ꝛ eius caseatione ꝛ
corruptione.

Exuberatiõis lactis nocumẽtum ma
tri proueniens est multiplex. scilicet
caseatio seu coagulatio lactis i ma
millis. Apostematio ꝛ vlceratio. Caseatiõis
seu coagulationis lactis in mamillis duplex
ẽ causa materialis scilicet ꝛ efficiens. Ma
terialis est lactis exuberatio in eis. Efficiẽs
aũt est caliditas mamillaꝝ siccitate coagulãs
ꝛ condensans aut frigiditas spissitudine con
gelãs nõ coagulans proprie secũdum sentẽ
tiam abohali. Primam causam concomitã
tur inflammatio caliditatis mamillarum: ꝛ
plurimum febris grauitas ꝛ dolor capitis cũ
turbatione mentis quando corrumpitur.
¶ Inquit ypocras mulieribus quibus ad ma
millas sanguis conuertitur maniam signifi
cat grossities seu tumor ꝛ grauedo mamilla
rum ꝛ partium circumstantium: quam despo
sitionem vocant mulieres communiter pilum
descendisse ad mamillas quod declarat exteriꝰ
eius apparentis ad sensum qui sanationis ẽ
causa quod non impossibile videantur cum
dicat Aristoteles in de generatione anima
lium ꝙ in sanguine pilus est vel res sicut pi
lus quo ablato sanguis non congelatur si
cut testantur coci. Secundam causam con
comitatur grauedo frigiditas mamillarum
ꝛ partium circumstantium cũ pigritia ꝛ lassi
tudine. ¶ Cura huius egritudinis est due
res prima respicit cãm secunda effectum.
Prima est duplex vna respicit causam ma
terialem alia efficientem. ¶ Prima est pro
hibere lactis exuberantiam cuius curam su
perius comprehendere habuisti. Exempli
gratia sit cum diminuentibus sanguinem ꝛ
deriuantibus a mamillis: vt est fleubotomia
safenꝰ pꝰ ꝛ ventosatõ cruriũ ꝛ fleubotomia basili

ce secūdo ꝛ cū diminutione cibi in qualitate ꝛ quantitate ꝛ nature frigide: ꝛ sicce: vt sunt miliū: panicū: lētes ꝛ caules: ꝛ herbe cū aceto vel acetosis decocte ꝛ semē canabis: ꝛ breuiter cū conuersione oīs regiminis ad frigiditatē ꝛ siccitatē ꝛ cū exterius applicatis repellentibus sanguinē a mamillis nō in excedentibus que frigiditate ꝛ stipticitate multa ne repellāt ad cor qḋ ꝓpinquū ē. ¶ Qua propter frigiditas debēt eē remissa vel temperate caliditatis mixta. Apocrustica enī pectori approximari ꝓhibuit. G. licet in egritudinali dispositiōe loquat̄ ꝛ ex illis ē epithimatio pānū pectoris circūstātiū mamillis cū oleo rosaceo ꝯquassato cū aceto sādalo spodio coriandro ꝛ mirra. Emplastro cū planta cicute ꝯtrita cū suo semine ꝓhibet lactis exuberātiā ꝛ mamill' augmētū. ¶ Que vero respicit cām efficientem ꝛ effectū q̄ ē inspissatio coagulatio lactis in mamillis vt dissoluat̄ ꝛ educat̄ ab eis ꝯueniūt simul enī alterantia cām efficientē lactis spissatū dissoluūt ꝛ educūt. Inquit enī Abo: Que coagulāt̄ a calido dissoluūt̄ a frigido: ꝛ que congelant̄ a frigido dissoluuntur a calido. Si ergo inspexeris caseationē a calido ministrabis ꝑmo super mamillas oxirodinū simplex ꝛ mixtū cū succo solatri ꝛ aqua coriandri ꝑ modū epithimatis. deinde lenticulas in aceto decoctas emplastrabis. Et res manifesti iuuamēti quā multociēs sū expertus: est emplastrare mamillas cum porrulacis contritis sicut accipiūt̄ ꝛ multotiēs innouare: prohibet enī caseationē ꝛ putrefactionē q̄ timetur ex ea. Si vero a frigido epithimabis mamillas primo cū aqua calida decoctionis meliloti qui liquefacit ipsū vel cū vino qḋ coagulata dissoluit interius ꝛ exterius approximatū. Deide cū suctiōe facta ore mulieris infantis seu catuli ꝛ ventosa seu expressione ꝛ resolutiōe vt dissolutū lac educatur. Et ex eis que ad hec experta sūt ē vt oleū oliuarū epithimatū ita ꝙ nō tāgat papillā facit enim egredi totum lac qḋ descendit in mamillas ꝛ nō facit amplius descendere fm̄ Ar. Et ex eis que resoluūt ipsū lac ē epithimatū cū succo mēte ꝛ aceto ꝛ salis gēme addat̄. ¶ Et ex expertis ē epithima ꝛ emplm̄ cū succo apij ꝛ mica panis cimini nabati qui dissoluit omnē tumorē mamillaꝝ. Et ex eis que prohibent saniositatē ꝛ putredinē lactis ꝛ assiduatio embrocationis cū aqua decoctiōis rerū hēntium temperatā caliditatē ꝛ cōfortantiū calorem naturalem in eis: vt seniculi aneti camamille balsamite fenugreci. Et si expedit abrotani castorei salis nitre aloes. accipe partes equales cōtere ꝛ confice cū oleo ꝛ melle ꝓhibet enim putredinē ꝛ resoluit caseationē. Et ex oleis ē oleum de lilio narcisi: ꝛ de costo iuuamentū. Item emplm̄ de menta ꝓhibet caseationē. Lenimēta aperiens opilatiōnē venarū mamillaꝝ ex lactis coagulatione in mamillis. Recipe lumbricos terestres cōtere ꝛ line cū oleo d' lilio. Ite aliud. Recipe mirre quātū vis ꝛ tere ꝛ dissolue in aqua calamenti aut farine ciceris folioꝝ lauri appij cimini nabati ꝛ aqua virge pastoris ꝛ epithima. Coagulū ꝛ proprie leporis ꝑpotū cū vino lac coagulatū dissoluit ꝛ liquefacit. Sal ꝛ mel intus ꝛ extra approximata prohibent ꝛ dissoluūt coagulationē lactis vbiq̄. ¶ Sed dices: Fili quid ē coagulū: ꝛ nūquid oīa aīa coagulū hēnt: ꝛ nūquid coagulū superuenit ꝛ quare ꝯtraria agit. Ad primū dico auctoritate Elabin abo. in suo libro ꝙ coagulū ē arabice appelatū anfaba ꝛ ē superior venter animaliū paruoꝝ lactātiū. Et ē substātia alba inuenta in ipso ventre qua coagulatur lac ꝛ notū ē. Et fm̄ papiā dicit̄ a cogo cogendo ꝙ cogit lac coagulari. Et fm̄ Ar. coagulum est substantia in qua est calor spiritualis adiuuans ꝛ confortans lac. Lac enim est vna de rebus maxime alterabilibus sicut ponit G. ꝛ ꝓpter exterregenitatē sue sue ꝛ sui caloris paucitatem. ¶ Unde ponit Galienus ꝙ oportebat in primo loco esse scilicet mamillarum aut in corpore animalis ipsum recipere debentis sine intermedio temporis esse sicut semē ꝛ pro tanto indigebat aliquo quod ipsum iuuaret: confortaret ꝛ in corpore aīalis qḋ ipsū recipit. ꝛ extra corpus cū ad vsū aliū recipitur ꝛ mulgetur. In corpore animalis quidē recipiētis ipsū. Nā infantis corpus ꝑpie ꝛ naturalr̄ recipientis dū lacte nutritur primo recipit ipsum in stomaco qui est substantie neruose frigide ꝛ contentiue debilis ꝓpter humiditatem etatis sicut ponit Galienus. Et ipsum lac quo nutritur frigide ē substantie fluide ꝛ liquide ꝛ pro tanto non potuit in eius stomaco bene ꝛ sufficienter ꝯtineri donec digeratur ꝛ nutriat propter qḋ natura nostri corporis magis operatiua ꝛ sūma arte que videt semper vniuscuiusq̄ organorum corporis vtilitatem vndiq̄ expellere sicut ponit. Galienus in superiori stomaco talis animalis quod est lacte nutriendū lacte alitur ordinauit talē substātiā coagulū q̄

est vt patet ad sensū ad spissitudinē ꝛ albedi
nē casitatis accedens ꝛ que sua desiccatio
ne confortat retentiuam stomaci ꝛ vilos ei⁹
ꝛ sua coagulatiōe appropriate ingrossat sub
stantiā suam liquidā fluidā lactis quatenus
possit sufficienter teneri ibidē donec perfec-
te digeratur ꝛ sua calliditate ignea forti ca-
lefaciendo substantiā adiuuet digestiuam.
necnō sua operatiōe liquefactiua ꝛ dissoluti
ua a complexione nocumentū qḋ ex lactis
coagulatione ꝛ conuersione in stomaco pro
uenit in via prouisiōis ꝓhibeatur: ꝛ hoc ut
dictū est in cor⁹ aꝉis quod ipsū naturaꝉr re-
cipit ad sui nutrimentū etiā cū extra corpus
ad vsū aliquem recipitur ꝛ mulgetꝰ īdiget co
agulatione confortāte ꝛ cōseruāte suū debi
lē calorē ꝛ suam substanciā eterogeneā vnō
facile permutabitur vt nō facile permutatꝰ ꝛ
corrumpatꝰ. Talis declaratio potest haberi ꝛ
elligi ex dictis Abo. secūdo cañ. cap⁰ p⁰ ꝛ
Auerois colliget in. v⁰. Et ex hijs pōt patē
ad secūdū tertiū ꝛ quartū quesitū. ¶ Ad se
cundū quesitū dico ꝙ qui lacte nutriūtur dū
lacte aluntur ꝛ sunt parua habent predictā
cāmque vero nō nutriūtur nō habent: quia
natura eorū ē minus hūida: vnde retentiua
eorū ē fortior ꝛ eius digestiua ꝛ ꝙ cibis soli
dioribus ꝛ stipticioribꝰ seu spissioribꝰ vtuntꝰ
ꝛ crudis vnde nō indigēt coagulatiōe: ꝛ per
hec pōt patere ad tertiū quesitū. Ad tertiū
dico ꝙ proprie stipticū ē frigidū ꝛ siccū sicut
dicitꝰ quarto ḋ simplici medicīa lꝫ aliqua cal
lida stiptica sint vt infra patebit. dicitꝰ enī a
pontico ꝯ magis ꝛ min⁹ vt ibi. G. ꝛ Abo. in
secūdo. Sic coagulū cū sit callidū ꝛ siccum
igneū non pōt ꝓprie dici stipticū: vnde dicit
Rabin ꝙ nō ē de eius intēcione ꝙ stipticum
sit callidum proprie intelligendo virtualiter
ponitꝰ lꝫ sit hūo in se q̄litatē passiuā stiptic:
.s. siccitatē ꝯ accipiēdo stipticū effectiue put
stipticū hēt retinere fluxibilia ꝛ coadunare
vel cōstringere laxa dico ꝙ coagulū pōt di-
ci stipticū nā fluida inspissat ꝛ subtilia Igꝛosꝰ
sat ꝛ laxa membra constringit ꝛ hoc a sua ꝓ
prietate sicut ponit Abo. ꝛ Auer. in quinto
vbi ponūt ꝙ fluxibus conuenit ventris q̄
rū cause sūt ignote ꝛ hoc ē a ꝓprietate:
¶ Vnde ē ꝙ pōitū supra ventrē puerorꝫ a ꝓ
prietate retinet fluxū ventris ipsorꝫ faciēdo
opatiōeꝫ inspissandi ꝛ īgrossandi hūores ip
sorꝫ: Sed a cōplone callida ꝛ sicca ignea hēt
subtiliare spissa liquefacere ꝛ dissoluere con
gelata ꝛ sic ꝯtraria opatꝰ pp qḋ patet ad vl

timum. sed videtur quod non omne sit igneū
quia sic esset omne acutū qḋ Abo. videtur ibi
innuere cum inquit. Non administretur quod
ex coagulo est acutum vbi necīa est ꝯstrictio
Sic per hoc videtur velle. G. ꝙ aliqḋ coa-
gulum nō sit acutum quod est contra. Abo.
ibidem cū dicit. Omnia sūt coagula calida
ꝛ sicca ignea sūt. Ad quartū dico ꝙ oīa co-
agula in quātū talia sūt calida ꝛ sicca ignea
sed prout pñt differre ꝯm differētiā aīaꝉ q̄ꝝ
sūt spē ꝛ etate seu tempore vnū ē minus ca
lidū acutū alio sicut leonis vrsi ꝛ antiquatū
dici potest acutū respectu coaguli agni ꝛ edi
nouiter accepti ꝛ id nō est acutū.

¶ Capitulū tertiū de apostematibus ma-
millarū ꝛ earū vlceratione.

Apostema mamillarū est notum.
Et est autem ex infusione reumatis
aut ex impo⁹ conuersiōe ꝓpꝛꝫ nutri
menti quorꝫ duorꝫ modorꝫ cause sunt gene-
raliter note ꝓpē id qḋ ī cura apostematis ī
generali infra dicemus. Specialiter autem
est vt plurimū ex superfluitate ipsius vt ex
lactis exuberantia sicut monstrauimus ī ca
pitulo de cura periplemonie. Conueniunt
enim hec duo membra pulmo ꝛ mamila nu-
trimenti specie quia ex sanguīe nutriuntur.
ꝛ in raritate ꝛ spongiositate substantie nu-
trimentum superfluitatem ipsius ꝛ humidi
tatem transmissa colligūt ex quibus ea apo
stemari contingit ꝛ in tumorem extolli.
Est enim lac superfluitas nutrimenti mami
larum. Ordinauit enim sapientia ꝙ sāguis
transmutatur ad ipsas plurimus q̄ sit eis
pro alimento necessitatis quem conuerte-
retur in proprium alimentuꝫ ꝛ quod super
est pro fetus nutrimento reseruaretur con
uertendum in lac quod est magis sibi propri
um propter conuenientiā in materiaꝫ eius. s.
sanguinem menstruum quo nutriebatur in
vtero. Inquit. Galienus omne membrum
generatum humiditatem habet superfluam
q̄ sibi ad alimentum sufficiat propter necessitatem
sitatem aliorum membrorum generandorꝫ
vel nutriendorū ab ea qḋ qꝛ magis q̄ aliud
habent soli deo est ratio reseruanda. ¶ Cū
ergo superfluus sanguis ad mamillas trans
missus ꝛ in lac conuersus non mulgetur ad
nutriēdū fetū vel aliter nō educitꝰ remanēs
ī eis calefcēs ꝛ algoratis calefꝰ ꝛ mamilla ī
tumorē eleuat ꝛ gñatꝰ apostēa qḋ q̄dē ad sēsū

cognoscēs p suā eēntiā quā tibi sua notifica
tio manifestat. Est aūt fm Ga. apostema tu-
mor preter naturaȝ quo mēbra magnitudīe
deficiūt ab eo qđ est fm naturā. ¶ Et siquidē
sunt ex reumatis scies ex signis cognosces
huius modi ex dispositiōe. s. mittētis ꝛ recipiētis
mittētis si sit tantū corp⁹ ex passiōe ei⁹. s. feb.
repletiōis totius signis plectorie vel cacho-
cimie: que sunt nota vel si sit aliquod ex mē
bris principalibus cerebrū maxime cor epā
ꝛ matrix ex particulari egritudine ipsius. Et
signis repletionis ipsius recipiētis. s. mamil
laꝝ q̄a sunt debiles qđ ex defectiōe operatio
nū ipsaꝝ cognosces. Et quia frequenter pa
ti cōsueuerūt ꝛ ex caliditate ꝛ dolore ipsaꝝ
habente. Si vero sit ex impotētia cōuersi-
onis cognosces ex mutata qualitate ipsarū
que tibi malitia ondit cōplexiōis que in essen
tia virtutis efficit nocumentū cū priuatione si
gnoꝝ repletiōis totius ꝛ partis ꝛ absqꝫ exu
berantia lactis aut ex signis repletiōis: ꝛ ca
chocimie aut ex verisqꝫ sed siquidē exuberā
tia lactis fiat cū ē tibi manifesta. ¶ Curatio
aūt apostematis huius complet⁹ vt ī cura ca
tarri diximus cū euacuatione extenuatiua
dicta ꝛ conuersione regis ad exsiccationem
ꝛ cū distrasie membri ꝛ hūoris peccantis cō
rectione. Et ē duplex. vna ē dū ē in fieri. A-
lia dū iā factū ē apostema. Prima ē cōposi
ta ex preseruatiua ꝛ curatiua ꝛ est vt prohi-
beatur materia colligi in ipsis ꝛ quod colle-
ctū est resoluatur. Primū cōpletur cū eua
cuatiōibus repletionis totius ꝛ partis mit
tētis ꝛ cū derivatiōe eius quod superē ꝛ cō
fortatiōe ipsius vt nō regeneret⁹ ꝛ cū aperiri
one pectū vt si quid regeneret⁹ per ductus
cōsuetos expellat⁹ ꝛ cū cōstrictiōe viarū per
quas fluere consueuit si ē possibile: ꝛ cū con
fortatiōe mēbri recipiētis. s. mamillarū: vt nō
recipiāt sed repellāt nec trahant ꝛ generent
ꝛ hec cū alterantibus malitiā cōplexionis ea
rum ꝛ sbstantiā minuentibus. Et illud fit cū
medicinis oparatis distrasie ipsarū: ꝛ stiptici
cis habētib⁹ mixtionē aliaꝝ sbstantiarū: vt est
epithima ex aceto ꝛ oleo rosa. ꝛ ex melle cuȝ
aqua rosaꝝ ꝛ mirte ꝛ cū prohibentibus exu
berantiā ꝛ caseatiōeȝ lactis que hic habuisti
Quod aūt collectū ē deinde resoluatur ꝛ il
lud fit cū temperate calidis anodinis notis
cum stipticis mixtis. Est enim vt supradictū
est mēbrū humidū multā recipiens humidita
tem ꝛ superfluitatē que si non repellantur ꝛ
etiā resoluantur cito perducūt ꝛ frequenter

ad cancrū. Et ex conuenientibus est vt ra-
dix affodilli emplastrata cū fece vini. ¶ Cū ve
ro iā factū ē cura ē vt p possibilitate ipsum
soluere cū predictis calidis anodinis que
hic superi⁹ habuisti. Quod si nō sit tibi possibi
le ꝛ veniat ad dubellari vacare te oportet in
sanādo ꝛ sanatū aperiendo ꝛ apertū mūdi
ficando cito ꝛ exsiccando ꝛ vltimo cōsolidan
do. Que oīa supra ī cura pleuresis ꝛ pipleu
monie tibi specificauimus que per cirurgicū
ministrata sanabūt qđ apostemate ꝛ vlcer si
xps voluerit. Sequūt⁹ medicine cōpete.
¶ Medicina prohibens fluxum reumatis ad
mamillam ꝛ apostema calidū ꝛ sedās dolo
rē apostematis ipsius. Recipe sandali spo-
dij acatie iuni armeni mi. ana. vnc subtilite
ꝛ distempera ī aqua ro. ꝛ mirta ꝛ aceto suc-
co solatri ꝛ epithima mamillā est enim ex in
uentiōe nostra. ¶ Emplastrum. Recipe pa
nis ordei cum furfure ꝛ dissolue in oleo ros.
ꝛ emplastra prohibet enim apostema mami-
larū: Item furfur emplastratū cuȝ vino in
defactū confert flegmatico ꝛ ventoso rarefa
cit enim ꝛ resoluit. Emplastrum resoluens
apostemata mamillaꝝ ¶ Recipe farine fa-
barum mellilot contriti ana partes equales
confice cum oleo sisamino ꝛ emplastra cale
factione precedente cum aqua calida. Item
ex semine lini ꝛ aceto fiat emplastrum: Item
aliud vltime resoluens ipsum. ¶ Recipe
panis contriti farine ordei ꝛ fabarum feni
greci asse fetide ꝛ visci ana. ℥. i. vitelorum o
uorum numero quatuor mirte ℥. s. croci ʒ. i
Confice cū melle ꝛ emplastra. Albohali in
quit. Ex oībus speciebus nucū fit emplasꝫ
apostemati mamillarum in resolutione vti.
Item emplastrum prohibens caseationem
ꝛ apostemata. Recipe mente ꝛ contere ꝛ em
plastra prohibet enim caseationē lactis ꝛ se
dat apostema. Ad idem. Portulaca empla
strata prohibet caseationē calidā ꝛ aposte-
ma in quo timetur putrefactio. ¶ Item lini
mentum resoluens caseatiōē ꝛ apostemata
Recipe aque sicle farine tritici nigelle salis
ana partes equales terantur ꝛ dissoluātur
in aqua calamenti ꝛ foliorū lauri ꝛ apij. Et
oleo de lilio ex inuentione nostra. Item ali
ud resoluēs apostemata ꝛ caseatiōē lactis
Recipe ysopi radicum apij lenticularum in
tegrarum foliorum altee affodillorum. ana
quantum vis decocta in aqua mellis albi ꝛ
aqua vino albo equalium partium: deinde cō
fice cuȝ melle fece vini ana partes equales ꝛ

addẽ mentam tritã recentẽ ⁊ in modũ empla
stri mamille apostemose appone. Empl̃m ma
turans ⁊ insaniãs apostẽata mamillaꝝ. Re
cipe seminis lini feniu greci radicis altee ⁊ lilij
ana partẽ. i. gummi pini stercoris caprean.
ʒ. i. Confice cum assun gia porcina veteri ⁊
medullis cruris vacce ⁊ appone. Empl̃m ap
lens apostema saniatũ. Recipe stercoris co
lũbini fermenti ⁊ cõfice cũ succo stamule ⁊
puluere cantaridarũ ⁊ vtere. Itẽ contere li
matias cũ corticibus ⁊ appone. Itẽ empl̃m
ex vrtica cõtrita. ¶ Itẽ granũ. i. arsenici ℔
limatl cera cauata impone ⁊ aplica desuper.
Itẽ foliũ vnũ herbe alcanne coque ℔ cinere:
cũ pulueꝛ cimini ⁊ deĩde ipsũ aperi ⁊ empla.
¶ Item ex melle aneto ⁊ pice liquida fiat
vnguentum in cacia ⁊ vnge.

¶ Vnguentũ cerusseos ⁊ vnguentũ egyp
tiacũ sunt mundificatiua saniẽ ⁊ putredinem
apostematũ ⁊ vlcerũ mamillaꝝ. Medicamẽ
expertũ exsiccãs vlcera mamillarũ. Recipe
vini pontici lib. xx. ⁊ cõfice in eo sumac lib. i.
gallarũ immaturaꝝ lib. i. cassie ligne lib. s. vel
gallarũ cipressi lib. i. Et dimittantur diebus
xx. deinde coquatur ⁊ cõmoueãtur cũ ligno
cipressi donec minuatur medietas deinde cõ
moueanẽ fortiter ⁊ reducanẽ ad ignẽ ⁊ caleſ
cat sicq3 leuis ignis. Et conseruetur in vase
vitreato ẽ enim bonũ oĩbus vlceribus. que
accidũt in morbis molibus: sicut os lingua
mamilla testiculi ⁊ emũctoria ⁊ alia exsiccat
⁊ consolidat ⁊ prohibet corrosionẽ. Empl̃m
ex farina ciceris cũ aceto confert vlceribus
cancrosis. Et infusio decoctionis lupinorũ
cõfert corruptioni. Lutũ armenũ cũ aceto:
ꝓhibet ablutionẽ putredinis mẽbrorũ. Et vir
ga pastoris cõfert apostematibus calidis vl
ceratiuis excoriatiõi ⁊ vlceribus papillaruꝫ
Nucleana assa masticata ⁊ inuncta ẽ sufficiẽs
⁊ experta. Nõ si apostema nõ dubeletur ſꝫ
lapidescat. Empl̃m de mucillaginibꝰ ⁊ de meli
loto appone vel diaquilõ magnũ ⁊ paruũ: ⁊
cerotũ ysopi ⁊ cerotũ diapente fm̃ nsam in
uentionẽ inunge. mollificat enĩ ⁊ resoluit ⁊ ꝯ
fert nodis ⁊ glãdulis. Si vero apostema sit
frigidũ flegmaticũ cõtere apij folia ⁊ empla
stra similiter ⁊ camomillã per se: vel vtraq3
misce. Ticer emplastrũ ꝯfert apostematibꝰ
glandulosis. Filius serapionis dyamacaro
dubeletur apostema dura ⁊ resoluit vtruq3
⁊ est valde iuuamentũ. Recipe tarasacõ tri
tã siccã ⁊ cribellatã. ʒ. iiij. fenugreci contriti
⁊ cribelati. ʒ. ij. maratri cribelati. ʒ. i. misceã
tur ⁊ conficiantur cũ lacte recente mulcto ⁊
oleo de lilio ⁊ emplastrenẽ cũ eo ⁊ sanũ ẽ cũ
christi auxilio.

¶ Capitulũ quartum de magnitudine mamillarum.

De magnitudine aũt mamillarũ ⁊ a
liorũ membrorũ dicere postponemꝰ
vsq3 ad sectionẽ tertiã vbi de medici
nis que sũt ad decorẽ de ea generale capitu
lũ faciemus si deus voluerit. Hic tantũ spe
cialiter dicemus scilicet ꝙ magnitudo ipsaꝝ
nõ est egritudo: sed inter egritudines nume
ratur ⁊ proinde indigent medicina qua cõser
uentur in paruitate ⁊ prohibeãtur a magni
tudine. ¶ Curatio in duobus consistit. In
quiete primo ⁊ abstinẽtia ab cibus delatan
tibus ⁊ extendentibus ac trahentibus sãgui
nẽ ad ipsas: vt est motus fricatio balneatio
Secũdo in cõstrictiõe cum aquis frigidis ⁊
pithimatibus vnguẽtis ⁊ empl̃is ⁊ stipticis
⁊ ponticis predictis hic ⁊ ligaturis. cũ vero
magnifi cate fuerint minui nõ possũt: sed ab
scondi ⁊ celari ⁊ illud cũ diffusione ⁊ dilatio
ne earũ in partibus subascellarũ ⁊ ypocũdri
orũ ⁊ constrictione cũ camisia condelata stri
cta super eas quãtũ expedire videẽ. Et ex
hijs que a proprietate operantur ẽ oleum ve
spertilionum inunctum prohibet enim augu
mentum earum in puellis ⁊ fricatio lapidis
cum quo acuitur. Et id idem ex curantibus
est testiculorum augmentum seu magnitu
dinem. Cataplasma vtile resoluens tumo
rem mamillarum ⁊ corruptionem lactis. Re
cipe farine seminis lini farine lentium ana
partes equales tempera cum oleo rosato ⁊
croco. Aliud vtmaꝝ. Recipe marubij cholo
rũ foliorum papaueris albi: absinthij: rute:
cuscute aã partes equales permisce tepida
⁊ appone. ¶ Diascor. ad idem. ¶ Recipe o
libani masticis seminis absinthij farine len
tium ana. ʒ. iij. cere. ʒ. iiij. olei rosati. ʒ. vi. fi
at vnguentum ⁊ inunge. Linimentum exti
guens ardorem mamillarum ⁊ tumorem de
lens. Recipe succi semperuiue succi sola
ni albuminis ouorum ⁊ olei rosati ana par
tes equales quod nunc frigidum nunc tepi
dum appone. Quod si deuenerit ad vlcera
tionem cirugici tunc auxilium inuocabis.

Si aūt tumor cū inflatione fuerit tūc oua cū oleo ro. ꝛ aceto appone. Nō si ex retentiōe sanguinis menstrui accidit flebotomet̄ ex safena. deinde si expedit ex basilica ꝛ farmatia dex. ¶ Ad tumorē in māillis ex frigidis hūoribꝰ adhibe farinā fenugreci cū succo apij ꝛ ebuloꝝ cōmixto. ¶ Aliud. ℞. fimi bouini recētis ꝛ caprini aā. ℥. ij. succi marubij succi ebulorū fecis aceti ana. ℥. i. misce ꝛ superpone calidū. Aliud contra tumores ardore ꝛ rubicundos temperat enim eos ꝛ obtundit audaciā eorum. ℞. recipe mucilaginis psilij aceti olei ro. ꝛ olei viol. ana pōdus. i. opij camphore ana. ℈. i. fiat oīum mixtio cum farina ordei ꝛ albo ouorū ꝛ empla. Caue tū a superfluo ne impellat ad interiora.

¶ Incipit particula tertia sectiōis prime ꝯtinens sūmas quattuor. Sūma prima que est de medicis egritudinū meri.

Prologus.

Rotulimus huiusqȝ sermonē nr̄e mentis explicantem conceptū in medicatiōe egritudinū mēbroꝝ deseruientiū spiritual. In quo intentiōes ꝛ mōs curatiōis sū maximus debite ordinando nec non insemuimus medicinas simplices ꝛ compōitas proprias ꝛ expertas quas primo phy rōne ꝛ metodo inuenerūt antiqui medici indicio ꝛ experimento approbauerūt ꝛ quas secundū inuentionem nr̄am efficaces vidimus oper ꝛ effectu ꝓut dei grā inspirauit qui illuminat philosophos ꝛ medicos suos ministros de celo creauit. Medicinā quoqȝ ī terra de sua largitate ꝓduxit per quos visitaret ꝛ redimeret plebem suam. ¶ Et quia secundum premissū ordinē ꝓcedendo sequitur vt deinde aggrediamur curam egritudinū membroꝝ nutricationis. s. stomaci ꝛ epatis ꝛ alioꝝ seruientiū eis ex quibus cetera nutriuntur membra. Nō est tertie particule sectionis prime. Imploremus auxilium ab eo per quē omnia facta sunt. ꝛ sine ipō nihil. Suppliciter exorantes quatenus mittere dignetur spiritum sanctum suum. spm̄ veritatis qui nos doceret ꝛ suggerat nobis omnia que ad recuperandā sanitatem predictoꝝ celerē sint efficacie iuuatiua. ꝛ qđ bene incepimus sui gratia ꝑsequi ꝛ mediaꝫ melius possimus suo auxilio influente ꝛ optime explere sua potentia cōfirmante. ¶ Continet aūt hec particula tertia sectiōis prime sūmas quattuor. Prima ē de medicis egritudinū meri qui stomaco trāsglutiendo ministrat. Secūda de medicis egritudinū stomaci. Tertia de medicis egritudinū epatis ꝛ venaꝝ. ¶ Quarta ē de medicinis egritudinū splenis. Prima sūma ꝯtinet capl̄a. vi. ¶ Capitulū primū ē proemiale ꝛ ē generalis sermo in meri in egritudinibꝰ eius cāis ꝛ signis ꝛ cura secundū ꝛ ceꝫ. ¶ Capitulū secūdū de mala cōplexiōe meri ꝛ cura eius. ¶ Capitulū tertiū de instrumentalibus egritudinibus eius vel mala cōpōne eius ꝛ cura. ¶ Capitulū quartū de solutiōibus continuitatis eius ꝛ eorū que ex illis accidūt vt est fluxus sanguinis ꝛ eruptio eius ex ore ꝛ cura. ¶ Capitulum quintum de apostemationibus eius ꝛ cura. ¶ Capitulū sextū ē de nocumentis transglutiōis ꝛ cura.

¶ Capitulū primū est generalis sermo in sis egritudinibus eiꝰ ꝛ cāis ꝛ signis ꝛ cura secundum modum vtem.

Sciendum autem ꝙ meri est mēbrū ad formā Intestini extrīo cōcauū ꝛ oblongū ex duabus tunicis cōpositum continuatū cū orificio stomaci ꝛ perforans dyafrāma ꝛ procedens superius inter cānā pulmonis ꝛ spondiles colli cū suis lacertis transiens terminatur in gutture. Quo mediāte transglutiendo recipit cibū ab ore. Potest autem pati omne genus egritudinum sicut alia membra hñtia regimē ex quibus necesse operationi eiꝰ ad quā principaliter constituit ipsū sapīa ꝓueniat nocumentum quod est transglutire cibū ꝛ potum qui sunt mā nutrimenti ad quoꝝ transglutionē ordinate stomaco desiderante ꝛ trahēte monetur tanquam sibi seruiens delatorie. Et ī habus suis tunicis ex quibus cōponitur opatur interiori attrahente naturali virtute cū villis in longitudine situatis in ea ꝛ exteriori exprimēte aliā cū villis latitudinalis seu lacertis ī ea positis recipientibus neruū a nucha mediantibus spondilibus colli ꝯqua in vomitu solū opaf. Inde. n. ℞. trāsglutio stomaco desiderāte ꝛ trahēte fit. sꝫ vomitus nulla cāis stōaci ōsiderāte peicula ꝛ trahēte sꝫ sola exteriori tūica exprimēte ē villo latitudia lī ea situata

Adiuuat aũt trãsglutionẽ grauitas ⁊ lubri
citas sbe ipsoꝝ qua petũt descensũ. ⁊ proinde
difficilior transglutitiõe vomitus eẽ compro
batur ⁊ etiã fluxu ventris. Inquit eniꝫ .H.
vomitus oĩbus difficilis est. patet: inferior
autẽ purgatio facilis. Signa ex quibus ꝓ
linquitur ꝙ nocumentũ transglutionis: qḋ
plurimũ ẽ difficultas ipsius eo ꝙ ẽ signũ oĩũ
generũ predictaꝝ egritudinũ possibiliũ fieri
in ipso meri: ⁊ etiã egritudinũ alioꝝ membro
rũ quoꝝ vicinitate poteris pati vt ẽ epiglo-
tis vel canna pulmonis ⁊ eius lacerti ⁊ spõ
diles dorsi inter que situatur ⁊ stom: eꝰ ⁊ to
tum corpus ⁊ cerebrũ cui supponitur. Sed
preter hec alia sũt signa ꝓpria alia magna ꝓ
pria ꝯsiderãda que ad cognitionẽ perfectã ve
re cure debitam sũt necessario opportuna.
Propria aũt sunt signa quibus distinguũt
genera egritudinũ ꝓpriarũ pdictarũ ⁊ egri
tudinũ membrorũ quoꝝ cõitate pati potest
Et sunt nam illã cuius cã ẽ malicia ꝯple-
xiõis debilitas significat ꝙ ĩ lõgo tpis spatio
trãsglutitur qḋ sumitur ⁊ cũ tepiditate ⁊ pau
citate festinatiãnis ĩ toto spatio meri ex sine
dolore nisi figatur ĩ pte meri visibi et ꝯstrin-
gat illic sine extẽdat ⁊ sentiat dolõ cũ ꝑtrãsitõe
eiꝰ qḋ transglutiet. Illam võ cuius cã est
mala ꝯpositõ et oppilatõ ostendit in potẽtia
trãsglutitõis ẽt rei pnc liqde ⁊ potus. et cum
conat trãsglutire egreditur p nares. Etil-
lã cuiꝰ cã ẽ solo ꝯtinuitatis mãifestat sãguĩs
exitus ab ore ⁊ huĩtĩs naturalis. ⁊ proprie cũ
in suprema eius parte fuerit ⁊ ardor vel pũ
ctio percepta in collo ⁊ inter duas spatulas
⁊ proprie apud transglutionem ⁊ vomitum
⁊ eructuationem rei acute qualitatis magis
ꝙ̃ excedentis qualitatis. Sed illã cuius cã
est apostema declarat tumor ⁊ proprie si sit
magnũ ⁊ q̃nq̃ febris ⁊ dolor ĩ illa pte acutꝰ
⁊ grauatiuus ⁊ ꝯpresiuus ⁊ ꝓprie in loco
priori qui inter spatulas existit maxime si ĩ
superiori parte meri sit vlcus vel apostema
⁊ magis in parte corrñdente loco vel parti
meri vlcerato vel apostemato ⁊ magis apõ
trãsglutionẽ vomitũ ⁊ eructuationẽ rei ma
gne quantitatis magis q̃ acute qualitatis.
Et difficultas trãsglutiendi ẽ in vna parte
meri magis q̃ in alia nõ in toto spacio eius
Illam etiã eiꝰ cã ẽ ꝯpassio membri vicini ĩ
sinuat precedens passio membri ipsius que
suis ꝓpriis ẽ ꝯsiderãda signis. Nec inuenit
ibi tactus dolorẽ nec aliquã passionẽ nisi no
cumentũ actiõis tm̃. Magis ꝓpria signa
sunt que specialiũ egritudinũ ⁊ eaꝝ sunt de
mõstratiua ⁊ sunt que infra in spãlibꝰ dicet
capitulis. Cura indicatio cure meri egritu
dinũ duplex est. generalis. ⁊ spãlis. Gene
ralis ẽ duplex. vna que indicat locũ in quo
medicine exterius sunt applicande ⁊ est vt
in collo ⁊ loco qui ẽ inter duas spatulas ap
plicentur vt iuxta .H. Alia insinuat modũ
fm quẽ medicine interius sunt sumende. Et
ẽ vt medicĩ nõ subito deglutiant ꝑut est egri
tudinibus stomaci oportet fieri: sed in ore
retineantur ⁊ lãbendo trãsglutiant vt tra-
hendo morã in transitu licet declini impres
sione faciant eaꝝ ꝓprie qualitatis. Spe-
cial ẽ que docet spãleꝫ talẽ egritudinẽ ⁊ eãꝫ
corrigẽ accñia ⁊ regim ordiare. necnõ spãles
medicinas cũ quibus insinuat ⁊ describit q̃
in sequentibus capitulis seriosius ponemꝰ:
nomen domini inuocando.

Capitulũ secũdũ de mala complexione me ri ⁊ cura eius.

Mala cõplexio meri aut est pura aut
cũ materia. Pura aũt est simplex
aut ꝯpõita. ⁊ simplex aut callida:
aut frigida aut sicca aut humida: ⁊ cã eius ẽ
pro catartica si pura sit: Cũ vero humoralis
cuiuslibet generis eẽ potest. Et signa eius sũt
alteratio percepta ĩ loco cũ difficultate trãs
glutiendi absq̃ tumore vel vlcere ĩ eo existẽte
Et siquidẽ fuerit pura cã est p catartica plu
rimũ absq̃ inuentione ãtecedentis cause ⁊ in
fectione oris ⁊ lingue ex humore ⁊ fluor hu
miditatũ: Si vero sit cũ materia erit ibi luc
tio ãtecedentis cause cum infectione oris ⁊
lingue ex humore cuius spẽs tibi color ⁊ sapõ
oñdit ⁊ fluor hũitatis si adsit. Et siquidẽ sit
callida erit ibi sensus inflamatiõis ⁊ combu
stionis ⁊ calidas in superficie oris ⁊ lingue
⁊ sitis. Si vero sit frigida ⁊ ẽ illa que superi
us sit signa sunt ꝯtraria sed sit hũida mollis
signũ ẽ hũiditas oris ⁊ lingue ⁊ priuatio si-
tis. Si vero sicca signa erũt ꝯtraria. Cu
ra male cõplexionis meri ex cura male ꝯple
xiõis stomaci põt haberi. Inquit enĩ Al bo-
haly. In pluribus dispositionibꝰ meri sequũ
tur stomaci dispõitiones: Est enĩ via ad ipꝫ
contigua cõsimilis in natura. ⁊ proinde cu-
ra vtrorumq̃ erit eadem vt multum.

Capitulum tertiũ de egritudinibus instrũli bus meri: ĩ mala cõpõe eius ⁊ cura ipsius.

Mala compositio meri ex qua plurimũ ẽ oppilatio in via eius tripliciter cõtingit scilicet coartatoria attenuatoria & carnosa. Attenuatoria aũt ẽ ex cõpositione & coangustatione parietum ipsiꝰ meri. & est aut ex causa extrinseca que compressit & remãsit compressio ut est laqueus ł manꝰ & huiusmõi. Aut ẽ frigiditas multa cõgelãs aut ẽa cũ interiori aut in se aut a vicinitate. In se ut a caliditate & siccitate adurente: ut in febribus acutis vel ex spasmo & alcuzez propinquo lacertorum meri & villoꝝ rectorũ ꝑprie latitudinaliũ ex quoꝝ cõtractione cõtrahuntur lacerti ipsius & via coartaẽ vel ex ventositate cõartata inter duas eiꝰ tunicas & interclusa in lacertis eius constringente & impellente parietes eius intus ut coarteẽ via. Et cũ vicinitatis ẽ ut ab apostẽate ł lacertis epiglotis versus meri a parte anteriori: ut in squinanciis cõtingit aut in lacertis colli respicientibus eũ a parte posteriori aut a declinatiõe spondiliꝫ dislocati ad anteriora versus meri. Coartatoria ẽ qua cadit ł eius via aliqua res exterior ibi adherens sicut spina ut accidit in prefocatione vel humor viscosus ibi coartatus & adherens ut in appopleticis & epilenticis & reumatismis evenire contingit: aut sanguis cõgelatus qui ad illud ꝯfluxit descendere in fluxu sanguinis narium aliqua parte eius regurgitãte per foramina palati ad os & devenientem ad ipsum vel que in vomitu sanguis in eo remansit. aut vermes & lumbrici ł eius concavo multiplicati sicut infra ut asserit. Albo. se vidisse in quodã nostrorũ suorũ ex quibꝰ accidit ei difficultas trãsglutiendi. Carnosa vero ẽ ex apostemate existẽte in lacertis & tunicis ipsius ysofagi grece dicti qui arabice meri nuncupatur: vel veruca vel cicatrix in eo facta qui passus fuit vulnus seu vulcus in ipso & liberatus fuit cuius causa extitit etas sicut recitat. Gal.

Signa quas per cãs oportet cognoscere & distinguere hoc mõ: Nam siquidẽ attenuatoria sit fiet q a cã exteriori sensu manifeste cognosces per eius vestigia & relatu infirmi & astantium ei tibi indicabitur & nocumentũ trãsglutiõis reputa difficilitas & minꝰ. Si quẽ ex frigore congelante accidit pñia frigoris & eius ancessio indicabit. Si vero a causa interiori in ipso existente & siccitate per inspectionẽ acute febris illud evenire videbis & nocumentum transglutionis maius erit. Si vero ex spasmo & alguzez ex propinque accidit ex cognitione ipsius & cãrũ precedentium scire poteris etiã si accidat ex ventositate precedens regimẽ multiplicans eã sciatis & motus & dolor extensiuus & constrictiuus indicat illud. Cum q ex cã vicinitatis accidat & ab apostemate ł lacertis epiglotis vel ł epiglotõ erit cũ spũs malitia & q eã ortomia & tumorẽ & rubore ibi apparẽte scilicet in gutture & in collo & febris. Si vero ex apostemate lacertorũ colli respicientibus eũ apparebit a parte exteriori dolor colli a parte interiori cũ difficultate motũ & inclinandi collũ & propẽ ad posteriora. Si quoq ex declinatione spondilis ad interiora ex concavitate in collo apparẽte principes in eũ inclinatur collũ ad posteriora difficilior transglutio erit. Sed siquidẽ sit coartatoria erit q a cã exteriori cadẽte & infixa: ut spina pũctio & propẽ apud meriũ: ibi pũpta & relatio infirmi tibi insinuat. Sed si sit ab humore viscoso regimen declarat & plura egritudinũ predictaꝝ. Si vero sanguis congelatus fuerit: fluxus sanguinis ab ore vel e naribus qui regurgitavit ad os & guttur tibi ostendit. Si vero vermes & lũbrici tunc sensus dicatio & vomitus & sincopis tibi ostẽdunt. Et siquidẽ sit carnosa ex apostemate signa apostematis dcã superius tibi indicabunt q infra in capitulo ꝓprio tibi ponemus in speciali. Si vero sit veruca est impedimentum ꝑ transglutiõis in loco ubi est in totũ meri nõ nec ẽ dolor & est ꝓnatie signũ ex cãrũ. Si vero sit ex cicatrice ubi processio ulceris ipsius indicabit. Cura duplex gñalis. s. & specialis. Generalis ẽ una est ablatio cause alia est remotio impressionis facte siqua remansit. Specialis cõsistit in ablatione specialis cause & administratione medicinarum ꝓpriarũ ad illã. Si ergo fuerit ex exteriori cã a qua remansit impressio constrictio. amota illa aproximentur ei fomentationes circa guttur & collũ & spatulas ex aquis calidis & simplicibus ł cum decoctione medicarũ dilatãtiũ & confortantium ut meliloti malvarũ fenugreci api & similiũ. Et fricationes suaves cum oleis temperate calidis reddentibus tractabile membrum: ut oleũ de fisticis de amigdalis dulcibus & de pineis & de meliloto & camomilla & similia. Et cerota ex eis ex butiro & musilaginibus radicis ysopo hũida & dialtea & similibus. Et cibi interius sumendi sint ex calefacientibus & humectantibꝰ supradictis. Ita q bolis

ex calefacientibus ⁊ humectantibus supra-
dictis: ita q̄ boli sint magni in quo⁊ trāsglu
tione conet ⁊ cū retentiōe anhelitus. ¶ Si
vero sit ex caliditate adurente in febre acu-
ta. primo o⁊ febrē curare vt infra dicetur. deī
de siccitatem ⁊ adustionē ibi ipressā remoue
re: ⁊ hoc cū interius et exterius a primādis
Interius sicut cū mucilagine dragagāti se-
mine citonio⁊ psilij ⁊ pulpa tamarindorum:
⁊ sereniabin ⁊ lacte seminū comuniū ⁊ semi-
nis papaueris ⁊ succo liquiricie ⁊ cū carnib⁹
prunorum: ⁊ aquis fructuum: vt iuiubarum
granatorū lactucarū violarū ordei ⁊ cū siru-
po violato ⁊ rosato bibitis sorbendo ⁊ reten
tis i ore ⁊ gargarigatis ⁊ cum caudiis tectum
⁊ cum cibis et amido de cucurbita ⁊ pulmen-
to ex atriplicibus spinachijs ⁊ lactucis ⁊ simi-
bus. ¶ Exterius cum inunctionibus ⁊ oleis
violatis de cucurbitis ⁊ similibus prout i cu
ra febrium faciemus te scire. ¶ Si vero fiat
a frigore congelante interius amistrabis dia
calamentum ⁊ diaciminū diatrion sirupū de
asce tyriacam mitridatū ⁊ oleū balsami cum
vino ⁊ cibos ⁊ potus calidos notos. ¶ Ex-
terius vero calefactiōes ex aquis calidis pau
latim superius dictis. Et vnctiones ex oleo
anetino de lilio ⁊ ē proprium ⁊ de castoreo et
costo vel alijs calidis superius dictis. Et ca-
lefactiones ex floribus camomille calamēto
pulegio floribus lauri abrotano ⁊ similibus:
⁊ cum pannis calidis ⁊ calefactis ⁊ stupa lini
vel canapis vel lana succida. ¶ Si vero fiat
ex spasmo siquidē humido facies vnctiones d
oleo de castorio de piperibus. Et si expediat
euacuetur totū corpus cum clisterijs colirija
dabisq̄ ad bibendum assam cū aqua grana-
torum vel cū vino pipere ruta ⁊ similibus
Si vero sit siccus administrabis regimē hu
mectatiuum ex cibis ⁊ potibus. Cibis vt aq̄
gallinarum pinguium ⁊ iumentum: Et carēs
edo⁊ et agnorum ⁊ vitulorum lactantiū pi-
sana pulmēta ex amido ⁊ ale pulo⁊ ⁊ testicu
li gallorū in lacte nutritorū et pisces parui ⁊
petruini ⁊ oua sorbilia lac butirū medule et si
milia. ¶ Olera sūt vt borragines buglosse: spi
nachia attriplices ⁊ similia. Fructus sūt: vt
poma dulcia pinee fistici: amigdale sisamus
⁊ silia. ¶ Potus vt vinum limphatū aqua:
cum zucharo vel iuleb violarū. Et electua-
ria humectantia sunt diacodion diadragan-
tum: diaborginatū ⁊ diabuglossatum. Et el
lectuarium ad restaurationem et īpingnati-
uum superius dictum ⁊ panis aloe ⁊ similia.

Exterius vero cū embrocis: vel epithimati-
bus ⁊ fomentis ex aquis dulcibus enarratis
⁊ fricationibus ⁊ balneis ⁊ inunctionibus: ⁊
oleis ⁊ ceronis et humectātibus vt ē oleū al-
gdalarū dulcium pinearum festico⁊ violarū
succus maluarū. cucurbite melonis. cucume
ris. Et semina ⁊ aque ipsorū ⁊ sorbitio facta
ex eis ⁊ grasulis ⁊ pinguedies galline porci
anatis ⁊ medulis vitulo⁊ ⁊ lacte In domo
⁊ aere locetur ⁊ in quiete ⁊ sompno seruetur
Et siquidem remanserit impressio cōstrictōis
operaberis ad eam vt hic superius habuisti.
Si autem a ventositate fit. dabis interius ele
um de herua diantisum diagalangaʒ diacimi
num confectiones de seibus: ⁊ cōmouentiā
eructuationem vt anisū: ciminum: rutā siccā
erucam: caruī: ameos masticem ⁊ dous masti
cata vel hausta: et in cibis ⁊ in potibus intra
Exterius pones ventosam ⁊ vnges ex oleo
nardino de enula: rutaceo de alia: et sitibus
superius enarratis. ¶ Si vero sit a vicini
tate apostematis gutturis lacertorū vel col
li curabis cur ōne squinantie quam superius
habuisti. ¶ Sed si fuerit a dissolutione spō-
dilis colli cura propria posita est infra ¶ Si
militer si sit coartatoria quia cadit i eius via
aliquid extraneum adherens vt spina ⁊ silia
curabis cura prefocationis superius posita
Et si sit humor viscosus ibi descendens ⁊ ad
herens curabis ipsum ex purgatione cuʒ īci
siuis ⁊ abstergentibus farmacijs: puta cum
gargarismatibus ex sirupo acetoso simplici
vel oximelle squilitico vel aceto eius cū mel
le rosato ⁊ aqua mellis isopi vel stafisagrie ⁊
sinapis vel pireti ⁊ calamenti origani et pu
legij passularum ficuum siccarum ⁊ cum pro
uocatione vomitus cū predictis ⁊ clisteribus
acutis notis supra. Nec nō si expedit egritu
dinēs capitis a quo prouenit reumatismus:
o⁊ curare vt superius dictum est. ¶ Etiaʒ si
fuerit sanguis congelatus due res cōueniūt
in cura eius. Prima est ipsum liquefacere: secū
dā ē ipsum educere put infra de cura conge
lationis sanguinis in stomacho: ⁊ ventre di-
cemus: ⁊ hoc cum simplicibus ⁊ compositis.
Simplicia sunt coagulū bitūmen bdelium
⁊ buchue. cum aqua cineris ligni ficu⁊: ⁊ q̄r-
cus sumpta vel gargarigata. ¶ Secūda est
ipsum educere cum vomitus prouocatōe cū
melle ⁊ succo apij: et terra sigillata dissoluta
in aqua et farina tartari dissoluta in ea cala:
vel vino. ¶ Inquit enim. G. vinum coagu
lata dissoluit ⁊ suo motu citius extra pellit:

vel fluxu ventris: et hoc cū clisteri ex succo
apij oppoponaco dissoluto ī eo cū salgēma ꝛ
mele. vel resoluēde ipā ꝗ cum emplastro facto
ex asse salgēma oppopōaco cū mele cōfect
ꝛ o.ꝓrimato gutti ¶ Si vero sit ex lūbricis
et vermibus ibi coadunatis ꝛ in fixis. Cura
est due res.s. interficere et educere sicut sup
de egritudinum cordis cura diximus Et hic
breuiter dicamus que illis duobus sūt ꝓpa
et ex illis est baurac. kebuli. mirra decocta
in oleo cētonica ꝛ cētaurea sūpta. Et postꝗ̄
prouocetur vomitus ꝛ empłata kitran ꝛ pe-
troleon inunctum aloes ꝛ vera interficiunt ꝛ
educūt illos. ¶ Si vero sit carnosa ꝛ ex apo
stemate in lacertis ꝛ tunicis ipsius meri Cu
ra ē quā infra dicemus. ¶ Si vero sit ex ve
ruca vel cicatrice. Curabis cū abstersiuis sī
plicis vel subtiliatiuis: vt ē aqua mellis cū
virtute radicis capparis ꝛ passulis ꝛ floribꝰ
absinthi squinanto ꝛ cappares cū aceto bōi
vini. Et ficus sicce cum granis mirte ꝛ aqua
caulium reseruata p tres dies bibita: ꝛ fistici
ꝛ amigdale pinee sumpte ꝛ oleū earū sūptū
ꝛ exterius inunctū: ꝛ aqua macā cipoellicala
mi aromatici anisi mellitoti ēdecocta: ꝛ filia
prout tibi sapia monstrabit ꝛ qñꝗ̄ ē incurabi
lis. ¶ Medicamen dissoluens sanguinē ꝯ
gelatum in stomaco ꝛ meri. Recipe coaguli
leporis.ʒ.triginta sex coaguli gazeli.ʒ trigin
ta duo gentiane aristologie ro.seminis rute sil
uestris mirte añ.ʒ.iiij. Conficiantur cū mel-
le. Et sit dosis eius sicut vis in aqua calida:
aut in sirupo acetoso.

¶ Capitulū quartum de solutione ꝯtinuita
tis meri ꝛ eorū que ex illis accīt vt ē fluxus
sanguinis ꝛ rupcō eius ex ore ꝛ cura eius.

Solutio continui meri eueniens du-
plex esse cōtingit simplex: vt plaga
punctio scissio ꝛ similia: aut composi
ta vt est vlceratio eueniens ipsi: ꝛ qñꝗ̄ ꝗ̄ est
superficialis sicut est excoriatio aut ꝓfūda
penetrās tunicam vel pelliculaꝫ vnā: vł am
bas. ¶ Simplicis causa est interior ꝛ exteri
or. Interior ē humiditas in sui substātia ag-
gregata ꝛ pelliculis eius penetrās: ꝛ ꝑforās
sui acuitate: aut sua quātitate replente: Aut
sua ventositate extendente scindēs ipsuꝫ ꝓ
funde ꝛ qñꝗ̄ totaliter. ¶ Exterior ē vel trās
glutio rei scindentis vel pungentis: vt ossis
acuti vel spine vel vitri vel percussio cum re
incidente pungente ꝛ ꝑforante. ¶ Et supfi-
cialis causa interior est cibus acutus vel me
dicina: aut humor transiens acutus cum vo
mitu de stomaco saliens aut descendens in-
trans ad ipsū: aut ē malitia cōplexionis calide
ꝛ sicce exiccantis ipsū: quare superficies ei⁹
aduritur ꝛ cadit sicut in febribus adurētibus
contingit frequenter. ¶ Causa vero ꝯpositę
s. vlcerationis ē duplex. s. interior ꝛ exterior
Interior autem ē apło apostemat⁹ aut pla
ga que facit sanguīem aut hūorē corosiuū ma
nens ꝛ in catarris descēdens ad eū vł aliās
sibi ibibēns corruptus ꝛ putrefact⁹ corodēs
ipsū. ¶ Exterior ē que parit de eius substā
tia scindendo a sportauit: ꝛ ē nota. ¶ Signa
vlcerū eius dicta sunt supra. Sed differē-
tia inter vlcera meri ꝛ stomachi mihi sumi
tur. s. a loco a tempore ꝛ ab accīntibus conco
mitantibus. A loco nā in vlceribus meri do
lor punctio: ꝛ ardor sentitur in collo vsꝗ̄ ad
ossa dorsi ꝛ furculam superiorē pectoris: ꝛ il
lud quod est inter duas spatulas in vlceribꝰ
vero stomaci dolor punctio ꝛ ardor sentitur
ī inferioribus ossibus pectoris: puta furcula
inferiori pectoris infra. ¶ A tempore nā ī
vlceribus meri sentitur duꝫ trāsglutio fit vo
mitus vel eructuatio rei acute qualitatis in
vlceribus vero stomaci sentitur postꝗ̄ trās-
glutitus ē. ¶ Ab accīntibus ꝯcomitantibus
qñ vlcera stomaci plurimū ꝛ ꝓprie: sunt in
superiori pte stomaci pducūt ad mincatio
nē vel ablatiōeꝫ anhelitus ꝛ ꝓuocationē su
doris frigidi ꝛ sincopim ꝛ infrigidatiōem ex
tremitatū. ¶ Sed simplicis solonis cāe in
terioris humoralis: signū est: inuentio signo-
rum antecedētis cāe ꝛ regimen ꝑcedens multipli
cans talem hūorem ꝛ infectio pdcā oris et
hūore acuto quē dolō ꝛ sapor ostendit cum
sucnado passionis illius. ¶ Si vero sit a cā
exteriori est manifesta ex se vel relata siml'
¶ Sed si sit supficialis ardor ꝛ pūctio ē pur
ua cito trāsiens. Et egredit qñꝗ̄ sicut mem
la ꝛ pellicula adhusta. ¶ Si vero ꝓfūdus
dolor ē fortior ꝛ diutius durās ꝛ egredit sigil
ꝛ hūiditas naturalis. Et inuentio cāꝝ interio
rum ꝛ exterioꝝ ipsas insinuat. ¶ Signum
autē vlceris ipsius fetor ē in ore percepti
ꝛ exitus p os puris ꝛ sanies ꝛ qñꝗ̄ assocītur
ei pellicularum frusta. ¶ Cura solonis con
tinui meri difficilis vel īpossibilis esse digno
scitur sicut cura solutionis continui cuiuslꝫ
mēbri quod ē via per quā aliquid continuum
transit trahit vel expellit vt sūt meri intesti-
na renes pori vritides ꝛ vesica: ꝛ maxime cum

ē intrinseca ꝯposita ꝛ ꝓfunda ꝛ penetratiua
nō a. pōt bñ medicina apponi ꝛ si apponeꝛ sꝰ
tā diu pmanet vt suā impressionē faciat quin
cibi ꝛ potꝰ trāsglutiōe abstergat ꝛ asportetur
ꝗ etiā ampliari quātitate magis buccellis ꝛ
sua q̄litate acuta si quā hñt pungūt ꝛ dolorē
faciūt q̄ ē puocatiuus reumatis: ꝛ sic vlceris
augmētatois. ¶ Si ergo sit simplex ꝛ recēs
plaga ꝛ supficial cura eius est tres res. pma
aufert cām exteriorem ꝛ inferiorē abscindit. se
cūda solonem vnit. tertia corrigit accidentia.
Primā rem ꝯplent flores de cephalica ꝰma-
gis clisteria ꝛ farmacie solutiue ventris non
vōitiue cū pprijs stomaci dictis cuꝫ etiā cere
bro si expediat: ꝛ ꝯiter cū ꝯfortatiuis ipsiꝫ
ꝛ retinentibꝰ ipsū catarrū ꝛ ablatoē omis rei
exterioris ſtrixe aut teli put īfra de solone cō
tinui dicet si auuat oportēs ¶ Rem vero se
cūdam ꝯplent stiptica ꝛ ꝯglutinatia. Interius
ꝛ exteriꝰ approximata. Interius gargariça-
ta ꝛ retenta in ore: ꝛ lambita simplicia ꝛ ꝯpōi
ta. simplicia sūt vt grana ꝛ cime mirtoꝝ lenti
sci oliuaꝝ ꝛ rubi: ꝛ grana granatoꝝ ꝛ citonia
ꝛ cortices balaustiarū ipsoꝝ ꝛ rose imature
masticate ꝛ transglutiātur succus eorū sicut
resudat ꝛ gargarigatio cum aq̄s ipsarū: ꝛ cū
rob ipsaꝝ ꝛ rob mori gūmi dragāti luti arme
nū ꝛ luti sigillati: ꝛ thꝰ albumē ouoꝝ ꝛ silia
Compositis ad alcola dicta sūt supra ꝛ que
īferius tibi tradūtur ad vlcera: que etiā exte-
rius p eūdem modū administrare poteris ꝛ p-
p̄ie circa collū ꝛ guttur: ꝛ locum qui īter du
as spatulas existit. ¶ Tertiā vero rem com
plent que dolorē ꝛ punctiones corrigūt: que
sequuntur. ¶ Si vero sit pfūda penetrati
na eius cura est tres res. prima est vt sangui
nem fluentem restringas: et dolorē sedes: ꝛ
illud cū approximatōe ꝛ epithimatōe albūis
ouorū ꝛ alijs q̄ dicemus in capl'o subsequēti
Secunda ē vt sicca stipticantia ꝛ ꝯglutinan
tia ꝛ consolidātia predicta interius ꝛ exteriꝰ
applicent. Tertia vt regimen adequet ī sex
rebus nō naturalibus. pp̄ie ī cibo et potu
Seruetur ergo in quiete: ꝛ ab oībus dilatan-
tibus ꝛ apientibus vomitiuis ꝛ ꝓuocātibus
reuma. Custodiatur a cibis calidis ꝛ a poti-
bus ꝛ acute qualitatis: sed sint ex lenietibus
glutinosis ꝛ stipticis: vt sunt oua sorbilia pl
mentū ex riso vel amido cum iure carniū pre
paratuꝫ ꝛ vinū stipticū ꝛ silia ꝛ buccelle sint
parue ꝛ respo pauca. ¶ Si autē sit vlcera-
tio ī eo facta curabis eam vlcerum quam ti-
bi inferius subiungemus. Fiant formule ī

modū lupinorū: quarū vna retenta ī ore: ꝛ si
cut dissoluit degluti: remouet solonem con-
tinui ꝛ vlcera meri ꝛ cōsolidat ꝛ incarnat ꝛ le
nit. Recipe gūmi draganti masticis thuris:
albi añ. ʒ. a. yreos. ʒ. ß. liquiritie. ʒ. i. ipoq̄stidos
granorū mirte ꝛ cimarū eius ꝛ oliuarū añ. ʒ. ß
sels citoniorū. ℈. ij. luti sigillati: ꝛ luti armēi:
añ. ʒ. i. contere ꝛ cōficiantur cū rob mirte vel
lentisci: ꝛ est ex inuentiōe nostra. ¶ Vnguē
tum aliud expertū ꝛ efficacissimum ad vlne
ra ꝛ vlcera in quacūq̄ pte corporis sunt: et p
p̄ie capitis cum fractura cranei: ꝛ ē romano
rū. Recipe terbentine. ℥. vij. succi betonice.
℥. v. ꝛ substantiam eius: misceātur simul: Et
stent p duos dies: deinde ponāt sup ignē leuē
ꝛ calefiant donec liquefiat terbentina. deide
colentur p staminea: et colatura iterum pōa
tur sup ignem ꝛ bulliat vsq̄ ad cōsūptionem
succi. postea addatur gūmi abietis. ℥. ß. olei
ro. ℥. ß. cere. ℥. iiij. ꝛ vtere. ¶ Eruptio fluxus
digestione laborando stomacus inflammat᷑: Et sic sitit valde cura est somnus ⁊ nõ potus ¶ Inquit enim Ipocras. ¶ Quibus nocte bibere desiderium est valde hῖs si sup dormierint bonum. ait. Galienus Intellige et hoc si sitis sit tollerabilis: ⁊ fuerit proportio cibi ⁊ potus preassumpti. ¶ Si nõ fuerit tollerabilis nec fuerit proportio inter cibum et potum bibere aliquid ad mitigationem sitis est vtile deinde super dormire nihil: ãt biber᷑ pena est sine iuuamine: quasi dicat tunc bibere iuuat ⁊ non nocet: non bibere autem ẽ pena nec inde sequitur iuuamentum immo potius nocumentum. Inquit enim Galienus Igitur nullus prudens illud dabit vel faciet quod nullam auferat vtilitatem nocumẽtum vero secum bãt imensum. Quare biber᷑ oportet parum vini puri quod iuuat secũdũ ipo. digestionem proprie in consueto bibere: post cibum. In non consueto bibere vinum detur ad mitigationem sitis parum aque frē ⁊ proprie si cibus calidus fuerit ⁊ siccus: vel vini limphati si stomacus nõ tollat aquam ĩ vase stricti orificij sugendo ⁊ quanto frigidior fuerit minus sufficit ex ea ait Albo. ¶ Si vero ex cibis salsis ⁊ aqua salsa cum potu a que maris fuerit succurratur ei cum xilocarate granis mirorum ⁊ pomis dictis garur: ⁊ cum vnctuosis vt ẽ butirum: ⁊ proprie iure: et brodium carnium. Et si fuerit ex potu aq̃ vinose ⁊ sulfuree succurratur cum lacte lactuca cibis grossis ⁊ amido ⁊ vino subtili odorifero ⁊ vtrisq; cum aceto limphato. ¶ Si fuerit ex punctura animalium ⁊ reptilium calidorum: primo curetur cum quod generaliter respicit venenum ipsorum vt puta cum frigidis: qualia sunt coriandri lac vaccinum acetosum infrigidatum in niue: ⁊ aqua camphore ⁊ similia vel aqua frigida cum puluer᷑ terre sigillate: que extinguit inflammationẽ ⁊ eius educit substantiam. deinde cum cognouerit spẽm animalis administrabis que sunt propria que infra dicemus. ¶ Si autem ex medicina soluente sufficienter: aut supflue fuerit succurrendũ erit prout te scire fecimus cum de consolatione medicinarum locuti fuimus in accidentibus: que berediitare faciunt medicine solutiue. ¶ Sitis aut ex qualz aliarum causarum procatarticarum cura est ipsarum amotio ⁊ priuatio cum regimine supradicto de ablatione sitis. Ablatio sitis ⁊ diminutio ex contrarijs erit causis: ⁊ cura erit ẽt ꝯria corruptio võ sit ex sitib᷒ cãis corruptiõis appetitus proueniet ⁊ similis erit cura. ¶ Si rupus extinguẽs sitim ex cã calida ⁊ sicca ꝑparã vel conuincta. Recipe endiuie: cicoree: epatice lupuli boraginis acetoselle alleluye añ. ℥.i. violarum rõs. florum nenufaris ⁊ cucurbite: lenticularum aque: florum vue: añ. ℥ ſ. ordei mundi partem.i. prunorum sebesten: iniubarum añ. numero. xxv. seminum frigidorum: añ. ℥.i. seminum communũ. ℥.ij. psilij i tegri. seminum citonioꝝ: añ. ℥.i. zuchari albi lib.i. succi granatorum mirorum lib. ſ. a romatigentur cum sandalis albis ⁊ rubeis: ⁊ spodij añ. ʒ.i. camphore. ℈.i. croci grana. v. sumat cum aqua frigida: ⁊ teneat ĩ ore cristalum. ¶ Item fiat iuleb. de succo limonum vᷓ de cucurbita quod posuimus in antidotario nostro: ⁊ troci. de camphora et ellectuariũ triasandolorum. ¶ Item epithimetur stomacus cor ⁊ epar ex puluere camphore sandalorum cum succo rasure cucurbite: aqua rõs. ⁊ pauco aceto ⁊ cataplasmetur cum folijs salicis vitis in aqua rosata. ¶ Medicamẽ galieni: quod magister Johannes de procida fecit Imperatori in siti vehementi. Recipe aquam frigidam ⁊ irrora desuper acetum album purum quãtum tollerare poterit bono modo: ⁊ da bibere stomaco ieiuno quantũ ẽ capax sanabitur statim secundum Galienũ si xp̃us voluerit.

Capitulũ vigesimum primum de nocumẽtis digestionis ex quibus ẽ debilitas destructio ⁊ corruptio: ⁊ cura eius.

Debilitas digestionis ẽ nocumentum actionis digestiue stomaci ⁊ fũdi ei᷒ cui propria ẽ. Cum enim nocumẽtũ ipsius sit triplex tantum. s. diminutio destructio ⁊ corruptio nec sit in superfluitate vt aliarum ministrantium debilitas digõnis erit nocumẽtum diminutionis ipsius ⁊ ẽ cum minus digerit q̃ consueuit et in longiori tempore. ¶ Sed destructio ẽ cum nihil penitus digerat vel aliquid de quo nõ sit curandum sed derelinquit crudum reliquum. ¶ Et corruptiõ est cum in malam conuertat qualitatez. s. adustam seu fumosam aut accidam vel corruptam putridam ⁊ fetentem ⁊ nature odiosam non autem consistit eius nocumentum in superfluitate vt aliarum. Cum enim omnis actionis virtus existat initium actio quecunq; erit principaliter a virtute: sed mediante organo vt si quidem nocumentum fiat in ea nõ

erit ex parte virtutis proprie sȝ ex pte orgãi vel obiecti vt ait. Galienus ⁊ hoc in alia sciẽtia ẽ monstratum. ¶ Cum enim asserat q singulum mẽbrum operetur propriam actionẽ per propriam qualitatem eius que ex quatuor est qualitatibus stomacusq organũ existit: prime digẽnis epar secunde ⁊ alia mẽbra tertie tunc proprie virtus digestiua perfecte operabitur cum eo. cum ipse qualificat⁹: seu complexionatus existat prout ipsa virtus ⁊ ei⁹ operatio exigit. ¶ Cum autem digestio sit fiatq per decoctionem indiget virtus orgãi ipsius calore: ⁊ cum sit eius alteratio quedã adequatio virtuti nutritiue indigebit calore temperato in sua qualitate nõ distemperato. Temperati enim caloris est equaliter agere in omnem partem decoquibilis vel temperate seu equalis elixabilis ⁊ etiam assabilis: vt superius est monstratum in cura melancolie.

¶ Et proinde Galienus ait. Et non oportet vt sit in membro quod indiget digestione nisi spiritus vaporosus multe quantitatis. Et sic secundum finem equalitatis in caliditate ita q quanto maior erit digestio tanto maior erit equalitas ⁊ econuerso. Et quia quanto maior erit digestio erit magis naturalis. nec eius maioritas generabit peccatum: vel nocumentum in operationibus alijs sicut maioritas aliarum cum omnes alie ordinẽtur ad ipsam non econuerso. ¶ Si vero diminuit obtunditur ⁊ debilitatur. Aut adeo diminuitur et debilitatur quod nihil temptat alterare ⁊ coquere de quo sit curandum: ⁊ fit indigestio seu digestionis ablatio. Aut adeo diminuitur q incipit alterare ⁊ coquere: nec deficit in alteratione sed vigorose non agit: immo tepide paulatim: ⁊ sic in longo tempore deuenit ad decoctionis perfectionem et q̃litatem: ⁊ tunc fit digestionis debilitas. Aut deficit in via non potens venire ad terminũ equalitatis in alteratione: ⁊ tunc fit corruptiõ in accidam qualitatem. Cum vero supfluit conuertit in fumum: ⁊ maxime si obiectũ subtile e istat: vel etiam corrumpit cum calor nõ stet cum natura sit ita debilis ex superfluitate sciũs adeo q nõ regat ⁊ extraneus dominetur superfluens. Talis autem in fumum conuersio seu adustio nõ facit superfluitatẽ in digestione cum superfluum dicat aditiõez quanti quod presupponit spẽm: ⁊ nõ mutatiõnem eius. Conuersio autem in adustionem: vel fumum nõ seruat spẽm adequatiõis quã intendit digestio: immo de equatione alterat ⁊ transmutat in spẽm diuersam. s. adustionis ⁊ fumi nec reducibilem etiam cum sit crudũ ⁊ in accidũ mutatio. Nam secundũ Auic. quod super excoctum est inemendari non pot. Q autem crudum ⁊ semi coctum ẽ potest in omnem adequationis perfectionem adduci.

¶ Inquit. G. manet autem quod corruptũ ẽ secundũ ventrem ⁊ epar: sed tempore procedenti paulatim digeritur ⁊ fit benignum q prius habuit indigẽtiã: ⁊ illud per rationẽ ẽ enumerandus digestionem fouentibus: quo ad vitam. ¶ Talis autem mutatio dicitur corruptio a medico sicut in acidum mutatio: ⁊ nõ proprie: quia nõ est obiecti perditio a regimine naturalis caloris: sed tamen large vt sic est considerationis ad verum ⁊ nõ veraȝ. Et in quantum talis alteratione est ad generationem que est equatio interna digestionis conuersio erit in contrarium. talis autẽ est corruptio: nec potest esse aliud cũ generatio ⁊ corruptio sint imediate contraria: nõ sic aliter ministrante: cũ enim earũ actio nõ sit p motum alterationis vt dige. sed potius per motum localem qui nõ diuersificat speciem superfluitatis qualitatis organice ipsarum nõ mutabit: nec alterabit in diuersam spẽm: quam sua intendat virtus in actione: sed in specie actionis presupposita addet: quantũ sign superfluere sicut diminui secundũ intensionem ⁊ remissionem proprie qualitatis agentis. hoc quoq declarat ipsarum corruptio que in solo consistit motu. ¶ Ex quibus habundantibus intelligitur species nocumenti digestionis quot sunt ⁊ que ⁊ quomodo conueniant. p q i vno redigemus capitulo: ⁊ quẽ nr inter se innotescit ⁊ etiam cause eorum in generali: aut enim sunt ex parte organi capacitatis instrumentalis: aut ex parte obiecti. s. cibi et potus: aut ex parte extrinsecus superuenientium habentium in dispositionẽ ipsum.

¶ Ex parte autem stomaci dupliciter: aut q patiatur in se principaliter: aut pp communitatem ⁊ colligantiã in se pncipaliter tuq patiatur qualibet egritudine: vel quia discrasiatus q ẽ plurimuȝ ⁊ tunc aut est discrasiati discrasia digestioni principaliter nocebit aut discrasia nociua alijs operationibus deseruientibus digẽ. ¶ Primo modo quia si discrasiatus stomacus ⁊ fundus eius discrasia frigida ⁊ sicca pura vel cum materia q plurimũ. aut parum excedente: ⁊ tunc aut debilitas ẽ valde: ⁊ tunc accidit destructio vt cũ est confirmata: aut mediocriter: ⁊ tunc

accidit corruptio. Itaq; frigiditas omnis no
cumenti pōt esse causa caliditas āt solū cor
ruptionis nisi tantum superfluat q̄ dstruat
actum virtutis: et tunc cibi destructionem
nō debilitatem. ¶ Secundo modo: quia sit
discrasiatus stomacus quantū ad os eius dis
crasia frigida que dum superfluit attractiua:
trahit plus q̄ digestiua digerere possit: k q̄a
sit discrasiatus quantū ad fundum & conca
uum eius discrasia frigida & humida vñ cō-
tentiua deficit nec poterit continere q̄ diu o
perata fuerit digestiua. ¶ Aut quia sit dis-
crasiatus quantū ad os aut inferiorē eius par
tem que portanariū dicitur discrasia calida
acuta & pungitiua pura: vel cū materia ma-
gis molestante expulsiuam ad expulsionez
cibi vel potus āteq̄ digestiua suā compleat
actionem: sic digestiua deficiat nō propter se
sed propter defectū aliaꝝ ministrantiū oadi
natarum ei vt dixit. G. parū vel multum
¶ Propter colligantiam vero et communitatez:
quia āt ad totū coꝛ vt in febrientibus vel al
gorantis: aut aliquid alioꝝ mēbroꝝ maxime
principaliū quibus alligat: & tunc aut pp cōi
tatem absolutā: & ē cum nihil corporeū adue
nit stomaco ex illis vt ē in forti dolore capis
vel neruoꝝ vel in spasmo vel dolore artheti-
co vnde stomacus debilitatur vel in fluxu su
perfluo sanguīs epatico: vnde ɔpatitur & de
bilitatur stomacus. ¶ Aut nō absoluta et ē
vt cū aduenit ex aliis mēbris ad ipsū hūor.
pura colericus ab epate & a splene melanco
licus vel corruptus a matrice corrūpēs cibū
ad fumosū vel acidū vel quia ad eū vapor
emittatur vt superius habuisti. ¶ Ex par-
te autē obiecti cibi & potus: & ex parte extri
secus superuenientiū: qualiter contingat su
pius in causis debilitatis stomaci extitit de
claratum. redi ergo ad illud ibiq; considera.
¶ Signa que āt hic oz ɔsiderare signa sūt:
que demonstrant digōem deficere ex se prin
cipaliter & deficere propter defectū aliarum
ministrātium: & sunt: nā cum digestiua defē
ex se aufertur vel tardatur digō nulla appa-
rente cā manifesta & nocumēto in aliis etiāz
cibi facilis digestionis vel consueti plus so-
lito. Quandoq; vero ē ex defectu appetitiue
& attractiue: et tunc p̄cedit lesio in ea que est
manifesta. Quādoq; vero retentiue ē retētō
mala & citius egreditur solito nō precedente
nocumēto in appetitu. ¶ Sed signum disti
ctiuum quando talis exitus sit velox ex de
fectu cōtentiue: & quādo ex superfluitate ex-
pulsiue ē quia cum est ex defectu contentiue
egreditur preter voluntatē: & quod egredit
maioris ē quantitatis nec apparet in eo ali-
quid acutū: & ē velocioris exitus quando ve
ro ē ex supfluitate expulsiue ē econtra.
¶ Et attēde ante q̄ ad curam peruēias q̄ cuz
digō introducens speciem in obiecto sit trip
lex. s. stomaci epatis & mēbroꝝum in quib⁹ qō
dictum est in stomaco: & in aliis verū habz: lz
addatur quādoq; quāta que ē depurationis
nō speciei generatio: vt ē venarū inter se or-
dinem habent et blandimenta: nam digō stōaci
est p̄uia & dispositiua ad secundam: & licz sto
macus sui ipsius gratia appetat & digerat ci
bum vt ait. G. Illud totū de intentione sue
nature particularis ē: sed de ordine vniuer-
salis nature omnia dispensantis que regu-
latur digeri pro toto & in digōne efficit iuua
mentum digōni epatis disponēdo. ¶ Scōa
ē epatis & operatiua chili fons: et principium
vegetatiue virtutis. ¶ Tertia ē membroꝝū
& complectis. Ad hec enim digō alteratur
vtraq; vt in aliis mēbris & nutrificationi ipso
rum digestibilia apta reddat & proinde nocu
mentum vnius in aliaz extendit & ecōuerso
& propter cum nocumētum diminutionis ad
erit: quod in generatiōe spērum idropisi est
manifeste videre: vnde. G. inquit: q̄ sicut ci-
baria deficienter cocta vel assata exteri⁹ ven
ter nō potest digerē bene sic q̄ secundū ven-
trem male digeruntur. et in secunda coctiōe
que in venis ē similiter: & contingit superflui
tates in corpore generari: ex quibus egritu-
dines generari: reliquas in vniuerso corpo-
re ē videre: et maioris quanto nocumentum
maius extitet. cum mater sit omniū indigō e
gritudinum sic quascūq; adducit passiones:
vel egritudines nō solū proprias vt sūt spēs
idropisis: que propter infortuniū digestiōis
eius est fiens vt ait. A. sed etiā ex colligātia
& vicinitate alterius ɔpatientis ad ea: vt sci
licet cerebri ad ipsū: cuius plurime dispōes
sunt pp dispōnes mēbroꝝum digōnis: & pro-
pter stomaci licet cōuertere illud sit per par
vt dixit Albo. sic adducit epiliam indigestiē:
& corruptio mīiam miracholiam cui adducit e-
gritudines per partum. ¶ Vel etiā toti⁹ cor
poris cui adducit indigō cōsumptionem: Et
ethicā senectutis & debilitas eius extenuatiō
nem & macredinē corruptio vero febrē & l cu
te pruritū scabiē morpheā & similia secūduz
diuersitatē digōnū & nocumētoꝝ ipsaꝝ. Et
pinde etiā nocumētū ipsarū egritudinum ē

pnosticũ signũ in dispõe egra: q̃re eructua-
tio acetosa ⁊ fumosa magis i conualescẽtib⁹
ex febre pronosticat̃ reciduatõem. ¶ Cura
eius nõ erit stolidi medici: sed solertis solliciti
memorantis ⁊ experti quẽ vt pfectuȝ appro
bat. G. ¶ Sciendum igitur q̃ cura nocumẽ
toȝ digõis ẽ duplex q̃dã destructiõis ⁊ debi
litatis: q̃dã corruptionis. pma est illis coĩs
cũ nõ variant in specie nec i causa: sed i quãto
eã. n. cũ maiores res valde ledens fac̃ destructi
onẽ cũ vero pua ledẽs parũ generat debi-
litatem vt supius dictũ ẽ. ¶ Talis ãt cura ẽ
quattuor res. pma abscindit cãs ⁊ aufert: se
cunda ordine digõnis ↄfortat stomacũ epar
⁊ mẽbra: tertia corpus vel membȝ si quod sit
cuius cõmunitate pueniat nocumentũ recti
ficat vt dictum est dicetur in suo loco. quarta
accidentia consurgentia mitigat q̃ sunt insla
tio rugitus angustia dolor ⁊ arsura: quoȝ
cãm iam diximus. ¶ Abscisionẽ ãt cause in
terioris ↄplẽt cure egritudinũ predictarũ cõ
plonalium puraȝ: l cũ materia diuersaruȝ l
equaliũ vel ↄplonalium simpliciũ ⁊ cõposi-
tarũ stomaci quas superius habuisti epatis
⁊ mẽbroȝ habentium debilitare ipsa quas in
fra dicemus propiciante xpo. ¶ Ablationẽ
vero causarum extrinsecaȝ cõplent paluati
ones ⁊ mutationes ipsaȝ ad rectũ ⁊ debitũ
digõni prout in cura debilitatis stomaci ex-
titit intimatũ. ¶ Secũdã rẽ cõplet admini-
stratio rerũ confortare habentiũ ipsa orga-
na digõnum cũ qualitate contraria cãe debi
litãti vel cũ ppietate vel vtroq̧ q̃o i debili-
tate stomaci habuisti ⁊ cura epis dicẽt ⁊ cura
cuiuslȝ mẽbroȝ corporis q̃ seq̃t. ¶ Ex hys
aũt q̃ ↄfortare habent cor⁹ ⁊ oĩa mẽbra quedã
sũt cõĩa q̃dam vnicuiq̧ propa. Communia sũt
q̃ ei⁹ ⁊ ipsoȝ discrasiã alterãt ⁊ ad tẽperamẽ
tũ ↄplonis adducũt ⁊ substãtiã vniũt ãt cõ-
plonem vt oleũ ro. quod calefca ⁊ infrata ca
lefacit fm. G. Aut a proprietate vt lutũ sigil
latũ. Et q̃dã sunt q̃ a cõplone sũt ⁊ proprieta-
te hñt ↄfortare corpus ⁊ mẽbra vt ẽ acetum
squille sticados oẽs spẽs olei sandaraca lac
caro granũ pini mãna dactili imaturi mir⁹
glãs suben cordumenũ: xiloaloes camõilla:
folia citri vua passa mirra ⁊ galia. Et balca
vnctiones ⁊ olea cũ predictis diuersificãtis
fm diuersitatẽ discrasie corporis ⁊ mẽbroȝ:
¶ Et ex cõfortantibus corpus ⁊ oĩa mẽbra
i dispõe sunt exercitium moderatũ. Indit. n.
A. Exercitiũ vtile ẽ nã ↄmouet calorẽ natu
ralem ⁊ validas facit virtutes vitales ⁊ aĩa
les ad suas pagendas actões. ¶ Ubi tali ⁊ hu
midi ↄplone substantie subtilis ⁊ frãgibilis
digõ. n. vt. G. ait per calidũ ⁊ hũidũ fit q̃uod
⁊ somnus digestioni complendo proportiona
tus vt pmo super dextrũ fiat. secundo sup si
nistrũ. ⁊ tertio redeat super dextrũ. ⁊ sit con
tinuus sufficiens sine interruptione q̃uis a
liqui dicere velint q̃ digestio. tertia melius i
vigiliis compleatur. cũ enim causa q̃ calor
naturalis sit ⁊ in vigiliis ad regionem ipius
redeat digõis. ⁊ ad interiora reuocetur i sõ
no vt dixit. G. cum ait somnus et vigilie re-
uocatione naturalis caloris interius ⁊ exte
rius fiunt: igit i vigiliis confortatis ex reuoca
tione i ea digestionẽ ↄplebit melius q̃ i som
no. Cuius ↄtrariũ aristo. in de somno ⁊
Gall. in de acciti. ⁊ sine oẽt i somno ad in
terius nõ tamẽ derelinquet exteriora q̃ sufi
ciet ad digestionem ipsoȝ maxie cũ non so
lũ i eis p calorẽ naturalẽ digõ ↄpletur sed
p cõplonem ppriã vniuscuiusq̧ temperã su
ãtibus conseruatã. ¶ Et ex illis ẽ ampler⁹
infantis carnosi vel catuli scdm. G. albun
dias ventris temperata. Indit. n. ipe i afo
rismo. Quicũq̧ ventres hñt hũidos iuuenes
quidẽ existentes melius ↄmutãt siccos hn̄
bus. Et vinũ bonũ temperate sũptũ om
nia. n. digõem adiuuat dicit. G. ⁊ paruisi
stio ⁊ potatio vel abstinẽtia quod dicit sẽ
sumã medlam oĩum aliaȝ ⁊ gaudiũ ipsa.
Et ex eis sunt medicine simplices ⁊ cõposi
te q̃ infra dicẽtur si trinitas annuerit. Simpli
ces quidẽ sunt ↄpie sicut pip. ging. galan
ga nux mus. gal. benne. croc⁹ bdellii
eius nasturtiũ cuscuta mastix: mẽta cort
olibani arbor storacis radix siliceos rau
fanũ ⁊ silia ⁊ acetũ excitans appetitũ ⁊ digõ
propria vnicuiq̧ in cura ipsius propria dicẽl
cum aderit locus ⁊ tẽpus: ⁊ hentur vt vni
cuiq̧ mẽbroȝ ad suã naturã propriã reducl
p quã operantur propriã actõem vt superius
dictũ ẽ q̃ in alio esse nõ pñt dnt. n. eps
i mẽbris fm diuersitatẽ cõplonũ i eis vni
uerso vt dicit. G. ¶ Cura vero corruptiõis
digõnis ẽ tres res ↄsimiles illis quas i cura
corruptionis appetitus dixim⁹. pma ẽ ho
moris corrupti in locis ⁊ ordinis dicẽdi mũ
dificatio. secunda ẽ abscisio causarũ dispo
sitionum a quibus procedit corruptio. tertia
corporis vel membri si quod sit cõmunitate
cuius proueniat mundificatio. ¶ Primã rẽ
cõplent mundificãtia stomaci puted rẽ
supra in cura corruptionis appetit⁹ posita

τ abstergentia putredinem: τ corruptionem
epatis que infra proprio dicemus capitulo.
Et ex illis est etiam cinamomū cassia et cro
cus τ spica endiuia absinthium τ eupatoriū
τ etiam abstergentia putredinem a mēbris:
quorum quedā propria τ comunia sunt sim-
plicia τ composita: simplicia sunt cinamomū
crocus: τ breuiter omnia mundificantia san-
guinem quorū summā posuimus in consolati
one medicinarum: τ vinū vniuersas .n. mo-
uet excresiones vt ait .H. Composita sūt q̄
cōponuntur ex eis que in antidotario nostro
sunt dicta τ propria vnicuiq; in suis capitul
queres. Secundā rem complēt administra
tio medicinarum alterantiū discrasiā mēbro
rum τ cibor corruptibiliū quarū in precedē-
tibus capitulis precessit rememoratio. Ter
tiam rem complent cure ipsor mēbror quo
rūdam que dicte sunt τ in suis aliquorum di
centur capitulis illuc pge. Et aliqui addunt
quartam que accidentium ē correctio si qua
insurgant vt sūt corruptio appetitus seu de-
bilitas ardoris: seu frigiditas sensus in ore
stomachi: τ eruptuatio accida fumosa τ fetēs
quam nausea sequitur quor curā aliquorū
diximus supra τ infra ponemus in parte spi
ritu sancto annuente qui sit benedictus. Ele
ctuarium nobile confortās stomacū τ digō-
nem eius. Recipe gallange: nucis mus. car-
damomi añ. ʒ. ij. antos. ʒ. iiij. mente babasce
añ. ʒ. ij. sirupi de çuccharo quantū sufficit
Electuariū descriptione Nicodemi contra
vitia stomaci ex frā cā: τ cōfortat ipsum cor:
cerebrū τ epar: τ subuenit epilenticis τ verti
ginosis: quod. Recipe anisi. ʒ. s coralli spice
ligni aloes: ros. gal. galie: gallange: çedoa-
rie añ. ʒ. ij. peonie. ʒ. ij. mirre. ʒ. ij. margarita-
rū. ʒ. vi. ambre crude. ʒ. ij. musci. ʒ. s. masticis. ʒ
ij. Confice cū sirupo corticū citri. Filius ça-
charie cerotū confortās stōacū τ retinēs calo-
rē eius. Recipe cere munde. ℥. iij. terbētine. ℥
iiij. olei nardini. ℥. ij. liquefac eas τ superasp
ge puluerē. Recipe mirre masticis aloes añ
℥. s. rosar. ʒ. vi. peonie castorei: añ. ʒ. ij. anisi. ʒ
vi. calamēti. ʒ. vii. gal. nucis mus. cardamomi:
calami aro. reupōtici: añ. ʒ. iiij. Cōfice vt benē
stomaco adhereāt. Unctio stomacū con-
fortans τ digōem eius τ vniuersas operatiō
nes eius. Recipe olei ro. mirtini: olei nardini:
añ. ʒ. iij. cere. ℥. s. masticis mirre: aloes: mumi
e: añ. ʒ. iiij. armoniaci. ʒ. ij. nucis mus. ʒ. s. Cō-
fice τ unge τ superaspge puluerē cinamomi
anisi corticū granator: añ. pond' auri vnius
aromatica vnguentū cum xiloaloes τ musco
Ipo. quoq; dixit aloes epicū cū aqua artime
misie seu absinthij ppinatū ieiuno stomaco
sanat stomacū ab omni languore educēdo ab
eo macerias fraudulētas confortat cerebrū
τ viscera mundificat vermes occidit τ repel
lit: τ sanat apostemata stomaci τ viscerum τ
epar mundificat. Pillule confortātes sto-
macū in omni eius languore τ lesione intrinse-
ca: nec pmittunt humores in eo putrefieri: si ab
stergūt: τ qui vtitur eis diebus singulis ille
sus pmanebit a dolore stomaci τ capitis τ sūt
salubres oculis: τ ei qui tristat: τ ē medicina
matricis vitiose τ aliorū viscerum. Recipe
masticis. ʒ. iiij. aloes electi. ʒ. x. agarici boni. ʒ
iij. confice cū succo absinthii dosis est pillule. n. s
iij. quando itur dormitum: et possunt capi se
cundū numerum voluntatis.

Capitulū vigesimū secundū de nocumē-tis retentionis ex quibus ē tarditas τ velox descēsus cibi digesti de stōaco in ventrem: et cura eius.

Ex quo diximus de nocumētis attra
ctionis vel appetitus τ digōis stōaci
sequitur de nocumentis retentiōis
Ad quod sciendū est q retentio stomaci or-
dinatur digōni eius principaliter quia ē pro
prie instrumenti putā cibi τ potus vt superi' di
ctum ē. digestio. n. retentione indiget cum fi-
at in quiete vt ait .G. retentio enim secūdum
naturā procedens tā diu retinet q̄ diu digē
fit. Cū āt digō cōpleta fuerit retentio ex ar
monia nature cedit expulsioni: que donec fi
ebat retentio quiescebat. Primo. n. dige
rit stomacus cibū sui ipsius grā: τ dū digerit
retinet: τ cū āt digesserit quod est benignū suis
tunicis apponit. Reliquum vero apto porte-
nario ad intestina impellit vt ait .G. Si er-
go retineatur cibus i stomaco q̄ diu digera-
tur descendatq; ad intestina digestus vsq;
ad horam statutā seu tempus cōe quod ē la-
titudinem habens maiorē quāta est infra. xij
horas vel quanta in vno quoq; corpore con
sueuit naturalr esse retentio erit conueniēs
τ naturalis. Si vero vlterius prolōget quā
tū ē a. xij. horis vsq; ad. xxii. secundum plus
τ minus τ illud propter multitudinē diuersa
rum habitudinum existentium inter agētia.
seu digestionem et digestibilia arguet super
intemperantiam τ peccatum retentionis vel
digestionis ipsius quēadmodum si infra sb
sistat vt quia cibus descendat digestus: τ tē-
pestiuus sillogiçabit super digōnem fortem:

cuius seruitio ordinatur ordine sup retentionē
a qua etiam mediate ꝓcedit aut sup vtrūq̄.
Causa ergo descensionis cibi de stomaco lō
ge ⁊ breuis erit: aut pp digōem fortē vel de-
bilē cui ordinatur. aut propter peccatū repen
tine ꝑncipaliter ⁊ in se deseruientis ei. Pec
catū āt digestiue āt ē propter se ꝑncipaliter
aut propter peccatū aliarū ministrantiū ei:
ꝑncipaliter āt peccare pōt ī se retētio vt su-
perius dictū fuit in aliis operatōibus ministran
tiū quadruplicatur. s. nihil retinet: nō circū
trahit cibo: nec aliquo modo retinet ita vt cib⁹
īdigestus descēdat īferius sicut ē videre in lie-
teria manifeste vel vōitu illico post cibū sūptū:
de quibus dicetur: aut paꝝ retinet quia non
vsq̄ ad pfectam digōem lȝ ꝯbanit cibo bene
vt ī fluxu ⁊ vomitu semidigestoꝝ sūptō post ci
bū p aliquod tēpus supꝑ. aut corrupte reti
net vt qꝛ nō circūtrahat cibo recte ⁊ pfecte: si
cū tremore quare accidit rugitus ⁊ inflatio aut
superfluit vt qꝛ digestū cibū vltra tempus cō-
stitutū teneat. Et cā in se. s. pp complexio
stomaci malicia nō pp cibi vel vie opilatōeꝫ
inter stomacū ⁊ intestina vt supius dictū est
s qualitercūq̄ contingat nocumēto expulsi
onis aliqualiter ꝯmiscet. s. n. debilitetur re-
tētio superfluet expulsio. ⁊ si superfluet reten
tio expulsio deficiet: ⁊ si corrūpatur expulsio
ni disponatur ⁊ ꝑparatur ⁊ ecōuerso. Et
alit male retinet retētiua ⁊ male expellit ex
pulsiua: vt ī figulatu contingit sicut ait. Ha.
Et quod diximus in stomaco etiā in aliis in
telligas mēbris proportionalibus ei. Cā
autem nocumenti retētionis ē diuersa scdm
diuersitatē specierum eius. si enim auferatur: vt
nihil retineatur de quo sit curandū causa est
ea quā in lienteria dicemus ⁊ vomitu. Si ve
ro sit debilis nō vsq̄ ad completā digōnē te-
nens causa eadem ē sed minor quia plurimū
cosa missa est ad stomacum fiente digestione
excitans expulsiuā ⁊ faciens deficere cōtē-
tiuam quod significat mixtio ipsius coleꝛ cū
cibo cum egōne inuente: vel vomitu. Et
q̄nq̄ ē cā extrinseca superueniens hora digō
nis vt ē motus fortis ⁊ violentus deponens
cibū faciendo deficere contentiuā ante q̄ di
gestio cōpleatur. Si vero corrupte teneat
cā erit mala complexio frā hūida nō pmittens
bene circūtrahi cibo ⁊ pfcē ita vt nullū relin-
quatur vacuū. Si vero supfluat cā erit cō
plō sicca stomaci vel cibi natura vel opilatō
vie quā ī yleon dicem⁹. Signa q̄ȝ eadem
erūt q̄ ibi dicta sūt ⁊ dicentur. Et cura si-

militer ⁊ si quidē longa retētio cibi ī stomaco
sit digesti ⁊ tardus descensus ad intestina ex
debilitate proueniat digōnis. confortatō di
gōnis iā dicta erit curatio eius. Si vero
pp supfluitatem retentiue duo oꝫ agere mo
lificare. s. ⁊ lenire ante cibū: ⁊ post ꝯponere
cū notis ⁊ cū cibis facientibus ipsos descen
dere in viscera vt ē piper longū ciminū vi
asandali semē ꝑmissū. Et post digōem q̄ fa
ciunt descendere ⁊ penetrare vt ē exeniū vi
nū calamentū ⁊ diacalamentū [illegible] gīg.
conditū balneū aque calide ⁊ fricatio [illegible] nu
cis vel amigdal. fisticū ⁊ similia vias nutri
mēti apientia. Si vero bonis retentio sit
⁊ velox descensus ad intestina pp digōē la
titudinē curōem nō habet quia sanitatis na
ra. Si vero pp aliquā cām debilitate nā
tiuā quā ī lienteria dicem⁹ cura erit qui dice
mus ibi. Medicamē expertū eā stō
maco descensus cibi festinat. Sumat bōd
oui assati ⁊ coclear vnum mellis ⁊ [illegible]
contritē. dauid. ij. ⁊ iungant omnia ī coctio
oue ⁊ assent super cinerem calidū ⁊ sine in
missione moueātur: donec parata sint ⁊ come
datur hoc ⁊ administret tribus diebus: et oꝫ
vt administretur aliquid ante cibū ex spe
cies frigidis siue calidis prout dispō requirit
que te scire superius fecimus. Et eius
ps. galie nostra que in antidotario nro dicit
ministrent scdm necessitatē ⁊ dormiat supra
bū ⁊ quiescat nꝫ exerceat olo. Empl. de
mucilaginibus expertū ei a cuius stomaco ina
tur descensus cibi propter superfluitatē reten
tine. et oꝫ vt ꝑmittant lubrica ante cibū cali
da vel frā prout notat necessitas. ⁊ post cibū
sumātur stiptica vt ait. H. Lubrica frig
da sunt fructus recentes estiue vt prima gl
ca vue ⁊ similia ⁊ seme pruna sicca. Et cons
tēpore cassiefistula tamarindi viole ⁊ sirup⁹
eaꝝ ⁊ succus rosarū. Calida sunt ficus s
centes et carice mucilago feni greci ⁊ semi
nis lini oleum sosāmi ⁊ huius.

Capitulū vigesimum tertiū de lenitate
stomaci siue lubricitate siue lienteria.

LUbricamentum stomaci et ministerij
ad quod ipsum natura instituit prin
cipaliter vt ex dictis habetur est cibi
exterius attracti ab ore per meri alteratio:
digestio cū virtute ⁊ propietate qua ipsū do
tauit natura: s vt alteret necce ē vt detineat
si āt detinet instrualiter ex aspitate detinet.

Est aũt aspitas i equalitas q̃dã fm durũ cor
pus i stomaco naturaliter fieꝛ ex corrugatõe
pus i stomaco naturaliter fieꝛ ex corrugatõe
aũt ꝯtractione tunicarũ eius cũ villis eaꝝ sũ
pra cibũ clauso portanario vt nullũ iter eos
vacuum relinquaꝛ. ad quod dispõit ei⁹ ner-
uosa substantia ⁊ natura vt superi⁹ mñatũ ē.
Si ergo stomacus digõis organũ dꝫ vt de-
tineat naturaliter esse asp fiat lenis ledeꝛ pn
cipaliter retentio ⁊ digestio consequenter et
egrotabit egritudie que sꝫ essentiã suã dr̃ le
nitas ex nominis significatõe vt belenes po
suerant sꝫ secundũ accñs imediatũ diceꝛ lu
bricitas. ⁊ sꝫ mediatũ lienteria. i. cibi idigõ ⁊ ve-
lox exitus cibi indigesti sic volũt. S. primo
n. lenitur stomaci interior supficies. deinde
ex ea deficit ꝯtentiua ⁊ lubricat cibus ex quo
ꝯñter deficit digstiua ⁊ vitio cibus egreditur
idigestus. ¶ Causa aũt eius ē duplex interior
⁊ exterior. interior ē pncipalis ⁊ essentiaꝛ ⁊ ē
duplex q̃dam p se ⁊ quedã p accñs. p se ē ma
la ꝯplo humida pura vel cũ materia flca vl
mucilaginosa lubacũ faciente i stomaco ag-
gregata ⁊ adhereꝛ vel a cerebro vel toto cor
pore illi influxa cibũ ⁊ potũ secũ asportans:
vel faciens lubricare. ¶ Per accñs ē duplex
vna ē mala ꝯplo ffa paliticũ faciens ⁊ phi-
bens stomacũ ⁊ villos eius agere supra cibũ
calida vero ⁊ sicca eã nõ efficit nisi adeo vl-
timetur vt destruat actũ ꝓpꝛe virtutis sic i
ꝓpinquis morti accidere ꝯsueuit. ¶ Ma
teria quoqꝫ calida ⁊ colerica p se est asperan
do ꝯtrarium operaꝛ. p accidens aũt efficit eã
mordicando ⁊ vlcerando. Alia eius cã est vl
cera ⁊ in lteriori supficie stomaci quibus cib⁹
⁊ potus adueniens stomaco mordicationẽ et
punctiõem iferet atqꝫ molestiã: vnde virt⁹ ex-
pulsiua eꝛ ad eoꝝ expulsionem mouetur añ
qꝫ operatiõem suã exerceat retentiua. ¶ Cã
vero exterior ē vt coadiuuãs ad depõem ci-
bi ⁊ potus ante digõem ⁊ est cibi despõ. et na
tura: qꝛ sit substantie grauis ⁊ grosseant lb
tilis q̃ aduriꝛ ⁊ pũgit ⁊ molestat naturã aut
liq̃de fluxibilis: aut mucilaginose lubricãtis
aut eterogenee: vt est lac qd̃ corrũpiꝛ vel mo
lestaꝛ vel sit q̃litatis acute vt pip vel sinapꝭ
⁊ eruca vel venenose virtutis vt spẽs fũgo
rũ male vel quãtitatis respectu retentiue n̄
respectu expulsiue hoc. n. strigit ventrẽ fm.
H. pma laxat scḋm ipo. ⁊. H. i affoꝛismio: ꝛ
qꝛ sit multaꝝ supfluitatũ: aut i ordinate sũp
tus vt qꝛ pcedit lubric⁹ ⁊ acut⁹ ⁊ sequiꝛ stipt
eus qualẽ dixit alexãdrina dietã: aut qꝛ pce-
dit grossus ⁊ sequit subtilis faciꝛ digõnis q̃
corrũpitur ⁊ corrũpit reliquos pcedentes qꝛ
vocat naturã ad expellendũ. ¶ Aut itẽpora
nee sũptus vt qꝛ sũatur. scḋus cibus sup pri
mũ adhuc crudũ quare vterqꝫ corrũpitur: et
grauat naturã: atqꝫ molestat ad expellẽdum
aut qꝛ sit sũptus nõ bona famis sed post tol-
lerantiã eius: cũ iam stomacus repletus fue
rit malis hũoꝛibus nõ ꝓus eductis qꝫ natu-
ra icitat ad expulsionem. Aut quia sumpsit
supra cibũ aquã frigidam multã que subito
ipsum deponit: aut quia forte corporis: ⁊ aie
supra cibũ exercuit motũ equitando pedita
do. vel saltãdo: coeundo: ⁊ irascendo. ¶ Ad
uertendũ aũt qꝫ nõ est iconueniẽs eãdẽ passio
nẽ mẽbroꝝ esse diuersoꝝ: vt lienteriã esse
stomaci ⁊ intestinoꝝ de qua infra dicetur du
ce creatore summo. Naꝫ stomaci ē pncipalꝛ i
testinoꝝ est consequenter ꝓpꝛe superioꝝ q̃
rũ actio i cibo pdigesto in stomaco descẽden
te ad ipsa etiam digõ est vt ait Abo. Ipsoꝝ
qꝫ itestinoꝝ retentio nõ per virtutẽ fit: sed p
circumuolutionem magis vt dixit. Gali.
¶ Signum lenitatis ē lienteria cibi. et potus
indigesti exitus velox ⁊ quasi in eisdẽ quan-
titatibus quibus assumpti fuerint. Signa
cause eius intrinsece et male complonis sic
⁊ humide pure ⁊ cũ materia superius in hu-
ius summe principio habuisti. ex quibus est
oxirenia sẽper vel in principio existens cum
difficultate cure qꝫ si non fuerit in principio
sed superuenerit erit signum bonum sic ipo
dixit in affoꝛismis. ¶ Signa vero vlcerum
infra subiungemus ex quibus est ardoꝛ ⁊ fu
mosa eructuatio: sed oxirenia nũqꝫ cum fa-
cilitate cure respectu complonis male. Ex-
terioꝛ vero causa tibi prompte est manifesta
¶ Et cura eius est cura male complexionis
stomaci quam diximus vel etiam cura vlce-
rum quam infra in proprio capitulo subiun
gemus. Est autem solicite agenda vt non p
duret quoniam perdurans ad rasuram inte
stinorum vel idropem perducet secundũ di
uersitatem sue cause vt Serapio dixit. Et
ipsa breuiter est due res. prima adequat ma
teriam et euacuat: et complonis maliciaꝫ al
terat si oportet. secunda membri exasperat
superficiem et confortat ipsum. ¶ Primaꝫ
rem complent digerentia ⁊ euacuantia fleg
ma ⁊ materiam colericam: que causa est vlce
rũ alterantia que sunt nota. circa q̃ ipo. locu
tus est in suis affoꝛismis. v. Quib⁹ lienterici
vẽtres fiũt ieme superius medicari malum ē
ergo inferius bonum ⁊ estate supius bonuꝫ

Abo. quoq dixit lienteriam habenti facere: ut vomat e difficile si premissi cursus humor e descendens ut in ea que ex mala complexio ne humida e cum materia stica que de se e de scendens. q si materia imperium faceret ad os stomaci vel ex sequia sit colerica ut ea q est ex ulceribus vomitus no esset difficilis h provocandus et permittendus et solutio ven tris difficilis: quia ut si no derivat evacuat: precipit enim ypo. in afforismis materiam ce purgandam per locum ad que declinat con venientem ut declinado ad regione aliqua ad quam fluat et superfluat: unde inquit vomitus fluxu: fluxus vomitu et utruq sudore curat.

¶ Secundam rem complet stiptica simpli cia et composita frigida et propie in ea: que e ex ulceribus interius et exterius approxima tio: que in cura male complexionis sunt dicta

Et ex simplicibus propriis in ea sunt corian dru sumac: rose citonium garut: mora sima ru rum et sumitates eius et lilium valent. ¶ Et ex compositis sunt medicine et cibi. Medi cine sunt rob de agresta de garut de ribes: d citonio de mirta: et trocisci de spodio de bala ustia et de karabe. ¶ In ea autem que est ex mala complexione cum stiptica calida scl licet amara et aromatica sine mordicatione et acuitate sunt convenientia ut e aloes et substa tia absinthij no succus: quoniam e separat a stipticitate: et acutus nocens ei. et ex eis sunt passule in secunda mensa que absterse de sua moderata absterguns et sedant mordicatio nem si modica sit. et spica si sit multa et proprie in ea que e ex ulceribus et ex eis est enula: et menta. Inquit ymayn. Caue ne in egritudi nibus stomaci preter mitas menta: qm menta et propie omulana confortat stomacu plus ce teris herbis. Castoreu ceteris carnibus: ma stix ceteris gumis. Gallanga plus aromati bus omnibus: et enula magis radicibus sin gulis: et capares conditi plus omnibus flori bus. ¶ Et ex copositis convenientibus e me lia aromatica sirupus de menta diaolibanu diacitoniten cum mastice et similia. ¶ Et el lectuariu nostru elefangie boni saporis quod sit tempore estatis. Et gingi. conditu retinet. n. fluxu expindiget et lubricitate stomaci.

Emplm efficax et expertu ad stomaci frigidi tate et humiditate fluxu fleum et lienteria et di gonis defectionem. Recipe ligni aloes absin thij gumi ara. masticis ciperi costi. gingi. ana. ℥. s. calami aro. olibani aloes: an. ʒ. iij. cima sambuci. ℥. i. mente sicce cimini torrefacti rase quide laudani: terbentine. an. ℥. i. gal. mace cinamomi spice nucis mus. gallige squinati an. ʒ. i. s. cere albe. ℥. i. spodij balaustie sanda lorum albor et ru. gallaru an. ʒ. iij. Confice sim cu pulvere capillor ve. et incorpora cum me lia aromatica. ¶ Trocisci valentes ad dis solutione ventris lienteria et leniat stoma ci et intestinor. Recipe rosaru spodij an. ʒ. iij berberis se. acetose spoquistidos: gumi arabi ci thuris se. mirte: an. ʒ. vi. coriandri infusi in aceto die et nocte. ʒ. i. Omnia assentur et fac pulvere et tempera cu succo citoniorum et fac trociscos: et da bibere cu sirupo citoniorum.

¶ Paulus dixit sibi hos trociscos valere. Recipe corticis malor granator gallar an. ʒ. viij. semis mirte. ʒ. iij sumach. ʒ. vij. fac pulvere et tepera cu vino odorifero: et fac tro ciscos. ʒ. ij. da cum aqua frigida et propie in ea q e ex ulceribus. ¶ Abo. sirupus valet ad fluxu ci defectionem ardorem et vomitu et lienteria. Recipe sumach. corticu granator semin an. ʒ. viij. ola coquantur i lib. iij. aque donec redigatur i una et coletur: deinde succus piror acetoso lor et citoniorum misceatur cu eis equaliter: po te et adde zuchari lib. i. s. et fac sirupu: et da bi bere cum aqua frigida in colica.

¶ Capitulu vigesimu quartu de nocume tis expulsionis stomaci et primo de enumera tione et cura eius.

D [Primus] de nocumetis actionu ei um stomaci. Restat dicere de noc umetis expulsionis ipsius. ¶ Circa quod sciendu prout. G. ait q stomacus sci du natura se hns cu duo officia hat per pri mu cibu et potu recipit a meri: et quod super fluu e in eo per inferius tantu aperto porta narrio cum suis villis latitudinalibus con tractus expellit et impellit ad intestina et si egreditur a natura superfluum in eo contentu quatu vel quale vel utruq gravans vel molestans cogitur expellere aliquando per inferiora ut in lubricitate stomaci ut superius dictum fuit: aliquando violenter per superi us per vomitum. unde Galienus ait vomitus omnibus difficilis esse patet. Huius autem diversitatis causa quantum est ex diversita te stomaci expellentis est cum enim superior stomaci pars fortior fuerit et inferior debilior sequitur expulsio per inferius. ¶ Si vero econtra fiet expulsio per superius ut volunt G. ¶ In tali autem motu per inferius: vel superius expulsio quadoq olo prohibetur: ali

debilitatur et diminuitur: aliquādo supfluit
secundū maiorem et minorē fortitudinē suarū
partium predictarum aliquando malo motu
mouetur. In taliquoq; motu violento expl
sionis per superius multas malas species
motus euenire contingit vt sunt vz. eructu
atio singultus aliquando turbatio et extua
tio nausea et vomitus. ¶ Motuum aūt diuersi
tas ex diuersitate materie expellibilis in eo
contente et dispōnis membri expellentis et vir
tutis ac motus eius cum consecutione vel si
ne consecutione intenti in tali motu contigit.
¶ Aut enim materia in eo contenta expelli
bilis est ventosa vaporosa sursum petens nō
interclusa vt in inflatione sed natans vt i cō
cauo cum virtute expūte forti subito expellit
et tunc accidit eructuatio faciens sonitū: qa
est ei in amplum exitus per angustum vt ait
ypo. sicut ipsa inferius transiens de gracili
bus in amplitudine colō facit rugitum. ¶ Si
vero materia expellibilis sit humoralis: seu
ventosa nec apta expelli quia sibibita in tuni
cis rugis et villis eius cum sit difficilis expl
sionis stomacus in suis partibus corrugat:
et contrahitur sicut vermis seu lacert9 i spa
mo vt fortiori et impetuoso motu moueatur
ad expellendum eam nec consequitur intētū
et tunc accidit singultus ppter qd motus stoma
ci dictum ē in singultu esse minor qm in vomi
tu cum in vomitu plurimum natura expel
lit: licet ratione rei expellibilis et efficiē mo
tus: motus eius in singultu sit fortior. ¶ Si
militer accidit etiam si non sit materialis qa
sit mala compl'o frigida sine humoris vitio:
quēadmodum ex mala compl'one frigida pl
monis ex aere accidit tussis: nec aliquid cum
ea expellitur cum non sit apta: aut sit mate
rialis: sed nō sit apta expelli: quia sit adherēs
et inuiscata: et tunc facit nauseam aut est ap
ta expelli: quia sit in concauo eius natans: et
tunc cum mouetur ad vomitum facit turba
tionē seu subuersionem. deinde veniēs ad os
stomaci facit vomitū: sicut plurimū ɔsequit
stomacus in suo motu intentū: quia materie
extra expulsionē. ¶ Sed quandoq; tal' ma
teria est sanguinea et vomitus erit sanguine
us. aliā flāca. aliquando colerica et aliqñ meli
ca: et talis erit vomitus: sed qualis fuerit ali
quando erit a stomaco aliquādo et ex alijs i
fluit partibus et tāqm nociuam expellit vt in
fra dicetur. ¶ Qz si expellere non valeat sit
qz nocentia multa et fortia manentia in stōa
co et commota tristitias et angustiam gignūt
anxietatem et extuationem dolorem quoq;
et tortionem cum cordis tremore vertigine: et
et scotomia quandoq; et similia. ¶ Causa au
tem inflationis et rugitus et curam et quid sint
habuisti. Eructuatio quoque: de qua hic est
sermo quid sit et eius causa imediata ex di
ctis ibi: et hic et eius signum patet quia ē ma
nifesta sensui. ¶ Causa vero eius immedia
ta duplex est secundum duplicem speciē eius
aut enim accida que oxiremia dicit' oxi. gre
ce acetum latine: aut fumosa: Acetose autē
causa est secundum Auer. est duplex frigidi
tas p se seu dimissa calias crudum faciens et
in digestum relinquens: quemadmodum in
fructibus immaturis est videre: et ppie in
vuis que anteq; maturescant prius sunt stip
ticitatem ligni et ponticitatem a quo oriunt
seruantes deinde parum ad aucta caliditate
propria et per auxilium caliditatis acree fi
unt acres: vlterius vero ad aucta vt matura
tionem in eis acquirat fiunt dulces prout. g.
tertio de simplici medicina auctoritate Teo
frasti ostendit. ¶ Per accidens vero cali
ditas superaddita multa caliditatem natura
lem resoluens: quia res dulcis redit ad su
am primam naturam et accidam: vt in vino
et lacte cum acescunt est manifeste videre.
Fumose vero caliditas sola est multa: sicut
enim diminuta caliditas in materiam tempe
rate agens est causa accetositatis et ventosi
tatis propter i potentiam suam qua non di
gerit sed dissoluit et non consumit. et sic con
uertit in ventū que accide eructuationis ma
teria existit ita fortis et mlta caliditas i ma
teriam dispositam conata agere sua quali
tate vel quantitate: vel: quia sit in omnibus
illis disproportionata vt est flegma dulce sb
tilis cibus calidus et quantitatis mediocris
ipsum in fumum cōburendo conuertit: que
causa est eructuationis fumose. ¶ Cura ei9
est quia si quidem sit difficilis eructuatio: q
non sit diffusa et subtilis ventositas sz grof
sa in ore stomaci interclusa: iuuetur cum ex
tenuantibus et cōmouentibus eructuationē
a proprietate vt est coriandrum et a compl'o
ne que tibi superius sunt nitata. ¶ Si vero
sit facilis et moderata dimittatur quousq; ad
perfectum ventositas expellatur. ¶ Si au
tem superfluat sitq; tediosa molesta et turpis
corrigenda est quēadmodum in alijs nature
motibus ad expellendum nocentia est agen
dū vt i sternutatōe eścitatōe tussi alicib9 vōi
tu singltu vētositate pīferius et alijs ɔsilib9

¶ Cum enim sunt moderati naturales sunt et boni: cum vero infra subsistūt vel supfluunt preter naturā sunt dolorem ꝛ nature angustiam inferentes ꝛ verecūdiam: ꝛ alias operationes naturales mēbri eius sunt impedientes ꝛ proinde male in via signi et cause. ¶ Cura ē tres res. pᵐa ē causam eius abscindens. Secunda est ventositatem generatam extenuās ꝛ cū euacuatione diminuens. tertia est stomacum confortāns ne vlterius grauetur. ¶ Primam rem ꝯplent regīs rectificatio cum abstinentia a ventosis: ꝛ indigestibilibus. ꝛ cum adequatione hūoris ventosi flēci vel melācolici ꝛ expulsione ipsius cū his que supᵉ habuisti in cura inflationis. ¶ Secundā rem ꝯplent clisteria ꝛ colliria generatam ventositatem extenuantia trahentia ꝛ educentia per inferius ipsamꝙ expellentia vt sunt sternutationes retentiones anhelitus ꝛ similia calefactoria ꝛ emplastra euaporationes ꝛ vētose q̄ superius habuisti. ¶ Tertiam rem complent que stomaci discrasiam cōtemperando ꝯfortant ꝛ eam regenerare vetant. Et si quidē fuerit acetosa talia complexiūa sūt medicine calide ventositatem carminantes ꝛ digestionē cōplentes simplices ꝛ composite. Simplices vt ē anisū ꝛ feniculū apium carui ciminū zinziber. gallanga piper longū: ꝛ alie euacuationem ꝯmouentes superius dicte. ¶ Composite sunt vt diaciminum proprie: ꝛ diatrion. Si vero fuerit famosa cum frigidis extenuare habentibus ꝛ calorem remittere simplicibus ꝛ compositis: simplicibus vt est coriādꝫ proprie. ¶ Compositis vt est rob fructuum: frigidorum cibis ꝛ potibus temperate extenuantibus mixtis qualia sunt anisum semē apii carui et similia.

¶ Capitulum vigesimum quintū d̄ singltu

Inquit .G. singultus est spasmus: quem stomacus patitur et meri. Fit enim in stomaco sicut spasmus ī neruo cuius spāliem causam cū capere volueris nō proprie spasmus: sed quidā in ore stomaci ad vomendum motus fortior tamen q̄ ī vomitu. Non est ergo spasmus essentialiter eo ꝙ spasmus est motus pter naturā tm̄ singultꝰ vero a natura coacta: ꝛ quia esse eius est ī cē stomaco spasmus ē in lacerto vel neruo: singultus vero ī membro neruoso ꝛ villis ipsiꝰ ꝛ sic est spasmus quantū ad cām efficientem que est replō vel inanitio tm̄ essentialr autē: ꝛ quo ad fōm nō est proprie spasmus sed quidā ad vomendum motus fortior tamen q̄ in vomitu ꝙ qualiter sit supra precedenti capitulo dictū est. ¶ Causa ergo eius est duplex .s. gēnalis ꝛ spālis generalis ē mediata ꝛ ē inanitio aut replō. Inquit ypo. spasmus fit ex inanitione ꝛ replone: similiter ꝛ singultus. Specialis est mediata ꝛ est duplex aut ī ꝯ aut p cōmunitatem. In se quidē ꝯ cā inaniens aut replens ipsum. Inaniens sicut sel cōsiua nō dissoluens tantū ex qua accidit spasmus de replone maxime ī pueris vt ait ypo. sed dissoluens ꝛ cōsumens subito vt cum nō paulatine vt ethica in qua sicut paulatim consumitur ita paulatine ex cibo resūptio qui ei ꝯpetit humectantur ꝛ irrorantur neruī ꝛ lacerti quare ethici licet sint cōsūpti nō spasmantur. In incensiua est cōsūptio humiditatis subita: licet p respectū ad inflationem materie facientis spasmum de replone sit paulatina vt ait. G. nec succedat restauratio cum cibus nō competat imme sicut vltime temnis secundū ypo. ¶ Euacuatio nā spontanea vel artificialis nimia ex proie sanguinis fumes ꝛ similia. ¶ Et si quidem nimis ꝯfirmatus quia siccitas ꝛ consumptio neruorum solidorum substantiam nō tangat curatur cum qualibet re humectante. Malū si confirmatus fuerit vt ꝙ nō solū humiditas sed substantiam tunicarum stomaci tangit est mortalis vt ait ypo. in affōrismis. ¶ Causa replens est multiplex. Res nocens qualitate frā ꝛ est aut exterior pmitiua aut interior antecedens. Exterior est replens per accidens vt ē frigidus aqua frigida nix sumptus frigida subtilis penetratiua vt accidit frigiditas triplex facit singultum ꝛ spasmum de replōnis quia inspissans poros quare vapor quod consueuit resolui ex tunicis ꝛ villis stomaci replens ꝛ grauando nocens. Et ꝙ plurimum indigestionis est materia ꝛ multiplicāns et suo excessu vltra equalitatem ledens. Inquit enim ypo. Frigidum vero spasmos qui inimicum neruis licet aliquando faciat calefactione exprimendo ꝛ nutrimento neruos priuando sicut Galienus ostendit. ¶ Interior causa est humor frigidus in ore stomaci ꝛ tunicis eius habundans ꝛ replēs ꝛ sua frigiditate nocens. aut ventositas nocens sua extensione generata a caliditate vaporosa retenta in villis ꝛ tunicis eius que nō possunt resolui ꝛ res nocēs sua q̄litate calida sicut pūgēte ꝛ mordicāte q̄ et ē duplex scilꝫ exterior

Exterior vt potus sinapis triū piper ꝛ me
dicinarum acutarum mordicantium. vt ē eu
forbiam: diagridium: et similes: Et potus
diarion piperion cū vino ꝛ ꝓpter ī bn̄te os
stomaci sensibile vel cibus corruptus ꝯuers⁹
ad qualitatē mordicatiuā sicut accidit ꝓpter
pueris cū lacte nutritis calidis naturalr vel
accidentaliter apud ꝓductionē dentiū ꝓp cor
galositatē sicut dixit ipo. ꝛ decrepitis ꝓpter
dispōem stomaci sui qꝛ debilis ē in digerēdo
Interior ē multiplicatio colere ꝛ hūoꝝ diuꝫ
ꝛ vermiū ī stōaco generatorūꝫ sua qualitate
mordicātium ꝛ pungentiū ipsū quare corru
gatur ꝛ ꝯtrahitur ī se ipso ad expellendū ipsū:
ꝛ facit singultū. Aut ꝑ viam crisis sicut acci
dit ī crisibus ꝑ vomitū factis ī qbus cola mis
sa ad stōacum vt expellatur pungit ꝛ singul
tū fac: deinde sequitur vomitus ꝛ cessat sigl
tus: aut res nocens sua qualitate grauante
vt accit ī replone humoꝝ ꝛ cibi ꝛ potus sup
flua ā quātitate ꝛ qualitate simul vt ī reple
tione hdorum carniū cum piperata ꝛ vini ā
tiqui vinosi: vel cibi dicti gelea: ꝛ nimio potu
aque ad cui⁹ expulsionem stomacus forti mo
tu singultus mouetur. ¶ Factus āt a cōita
te aut ē ex cōitate alicuius mēbri: aut totius
alicuius vt ē singultus factus ꝓp epaē apo
stema ꝛ ꝓpter in effimera: cuius cā ē colere
effusio de epate ad ieiunū ꝛ de ieiuno ad os
stomaci pūgens ꝛ mordēs: ꝛ sic singultū re
plonis inducens vt ait. G. licet aliq dicant ꝙ
illud sit propter cōtinuitatem existem inter
stomacū ꝛ epar ī neruo minuto: sed prima ē
potior vt inuit Albo. de apostematibus eius
loquēdo. aut ꝓp apostēa in itestinis: aut ī ve
laminibus cerebri ī capitis ꝑcussione ꝛ crānei
fractū contingere ꝯsueuit ꝛ ē malū signum:
si cū rubedine oculoꝝ fuerit vt dixit ipo.
¶ Ex cōitate totius corporis accit singult⁹ ex
effusione colere ꝛ humoꝝ frīoꝝ vel mordaci
um ad stomacū quod ꝯtingit: aut in dispōe
sanitatis sicut accit pluries: aut tolerantia
famis: ꝛ ꝓpter colericis: aut in dispōe egritu
dinali sicut accit ī fe. aut ꝑ viā sintomatis vt
ī ꝑncipiis paroxismoꝝ: aut ꝑ viā crisis ꝑ vomi
tū expectate ī quibus cola emissa ad stōacum
vt expellatur pungit ꝛ singultū facit replōis
ꝑ se. deinde sequitur vomit⁹ ꝛ cessat singult⁹
Ad si ꝓcesserit vomitus deinde veniat singul
tus ē malū signū maxime si rubei fiant ocu
li vt dicit ipo. ¶ Et factus in crisibus: qñꝫ ē
bonū signū: qñꝫ malū. Cum enim ꝓcesserit
digō fueritꝙ in die cretica ꝛ leuis cū leuitate
accidētium alioꝝ: ꝛ cū virtutis valescentia est
signum bone crisis econtra vero male. ¶ Et
dr in libro mortis velocis. Si habenti singl
tum accidit apostema in latere dextro egre
diens a natura absqꝫ cā cognita ꝛ ē singltus
vehemens egredietur anima eius ex singul
tu ante ortum solis. Et ex illo est ille qui hēt
cum singultu ꝑūctionem vomitū ꝛ cursus per
mixtionem tōnis: quoniā moritur. Et si sigl
tui superueniat vomitus ē bonū. Et si ꝑ cū
nō cessat singultus ostendit materiam valde
subtilē: quod si cū rubedine oculorum fuerit
ostendit apostema aut in stomaco: aut in ner
uo descēdente ad ipsum ex cerebro inter ꝗ si
gna apostematis stomaci predicta distiguūt
Et si singultū patienti superueniat sitis ē bo
num signum ꝛ cā quia resoluitur cā eius sitr
si singultui superueniat sternutatio ē cā salu
bris ꝛ cessare faciens statim vt ait. G. ꝛ infra
sūmi luminis pietate dicetur. ¶ Signa sin
gultus notus ē tāꝫ sensui manifestus in quo
sentitur contrahi stomacus in se ꝛ ad superi
ora impelli cum quodā sonitu aeris sup ipul
si. Et si quidē sit ex inanitione ffus cogno
scitur ex causis inanitionis ꝑcedentibus: ꝛ
euacuationibus leditur ꝛ nō iuuatur. Si ve
partem. i. aceti partē ß. ⁊ bulliāt ad ptem mell
Ius serpentis vt supra de cura opilationū
epatis posit⁹ ē expertum in vtraq ictericia: ⁊
supercalefactis in epate ⁊ malia fellis nō ex
coniunctione complexionis et substantie qñuis
ad bene esse secundū aliquid faciāt nec substā
tia nec complexione. Scriptum est. n. q tale et
nō quali munitie medicinam largitor bonorū
naturali: sed supernaturali virtute vtraque
celesti ⁊ elemētaria sicut de⁹ creauit: sicut que
dā ē nobilissima in rebus virtus nō natura
bac: sed altera natura. nā ignota nō de natu
ris que sunt sub sole: sed [illegible]
stro intellectui ignote ¶ Abo. [illegible]
simbio curat ictericiam [illegible]
stomacum: ⁊ camomilla ⁊ keker g aqua [illegible]
citonia cuscute lacha: ⁊ sirupus de [illegible]
citica cum aceto: cassiafistula [illegible]
⁊ succus ro. curat eam: ⁊ albe ras reubarba
⁊ aloes cum aqua lactis caprinū vel [illegible]
rum. ¶ Idem decoctio poli [illegible]
ictericiam nigram lilium indū [illegible]
prohibet ictericiam nigrā et splenem. Et al
sa administrata cum [illegible]
rum camedreos camepiteos [illegible]
ricie nigre. Succus caulis [illegible]
sis. succus radicis pentafilon [illegible]
nestre ⁊ radix peonie et sirupus et de com
positus est efficax et expertus [illegible]
erit: scolopendrie ōs spice ⁊ tere [illegible]
ferunt ictericie ex opilatiōe ⁊ [illegible]
so ⁊ vino albo. Aqua foliorum [illegible]
opilationes epatis ⁊ remouet [illegible]
barbarum agaricum ⁊ aloes ¶ [illegible]
pionis medicina solutiua que [illegible]
riciam. ℞ecipe scamonee aloes [illegible]
atriplicis: añ partes equales [illegible]
in potu ex eis ʒ.i. cum aqua [illegible] ¶ [illegible]
medicina solutiua ad ictericiam [illegible]
bilis. ℞ecipe scamonee ʒ.iij. mirobolani
citri ʒ.vi. succi eupatorij [illegible]
lentur: ⁊ detur potio ʒ.ij. ex ea [illegible]
charo ¶ Serapio medicina [illegible]
riciam nigram experta et certa. ℞ecipe
ci ciclaminis ʒ.iij. aliās ℥.i. Et [illegible]
zuchari ⁊ decoque [illegible]
detur in mane. ¶ Item [illegible]
incepitōem idropisis ⁊ datur cum [illegible]
larum vel aqua casei: et si [illegible]
aqua solatri et endiuie et volubilis. [illegible]
succi eupatorij rameci croci ana [illegible]
minis cuscute: ana ʒ.ij. [illegible]
minis citroli: seminis cucumeris [illegible]
tulace scamonee antiocene [illegible]
ana ʒ.i. terantur ⁊ cribelentur: detur [illegible]
ex ea aureum. i. cum eo: quod videtur [illegible]
bus predictis. ¶ Sirupus ex [illegible]
stra ad epatis inflāmationem [illegible]
mit et eius furorem in cisti extinguit [illegible]
tocins calefacta infrigidat febres [illegible]
diuturnas ⁊ abluulat ⁊ ictericiam [illegible]
nat si deus voluerit. ℞ecipe succi endiuie
succi lupuli. depuratorum ana libram [illegible]
succi apij. succi absinthij Et eupatorij [illegible]
ci boraginis depuratorum: ana libr. [illegible]

ꝛ bulliāt ī eis permixtis. v. radices eōes rosarū ī acetoꝝ añ. ℥. i. lactucarū porulacarū papaueris endiuie añ. ℨ. s. eupatorij. ℈. i. coquāt ꝛ colētur cū expressiōe: ꝛ colatur addāt ꝛuchari lib. ij. aceti ꝑdictarū radicū ꝛ succi granatoꝝ mugorū añ. ℥. iij. ꝛ in pecia rara bulliant sādali veriusq; spodij añ. ℨ. ij. ꝛ: q̄dā addūt cāphore. ℨ. s. dosis. ℥. ij. cū tepida in auroꝛa: ꝛ premittaꝛ flobotomia si expedit. ¶ Deīde fint to sirupo mistreꝛ īfusio reubar. ℨ. ij. s. ī aq̄ casei fructuū vel succi rosarū ꝛ altereꝛur epar cū sandalis cōibus et succo ēdiuie. deīde balneū temperatū dulcis aque intret: ꝛ seruato bono regie liberabitur si xp̄us voluerit: qui cū tali regie liberaui multos: ꝛ est expertū.

¶ Incipit ꝑticula q̄rta sectōis ꝑme q̄ ē ð medicis egritudinū mēbroꝝ expulsiōis ꝯtinēs summas. v: sūma ꝑīa de medis egritudinū mēbroꝝ deseruientiū expulsiōi sup̄fluitatis sicce vt īestinoꝝ ꝛ ani cōtinēs capitula decem.

Explicauimus huiusq; sermonē ī medicis egritudinū mēbroꝝ nutritionis q̄ ad tertiā spectabāt particulā sectionis ꝑme. temp⁹ ē: vt afferamus illā ad eius particulā q̄rtā: que erit de medis egritudinū mēbroꝝ expulsionis: ¶ Sciēdū ꝓut retulit falco q expulsio superfluitatib⁹ ꝓpie debeꝛ tāq̄ corpori ī vilibus. ¶ Circa quā. ¶ S. sumus medicoꝝ in quā. Et quia ex necessitate cibarijs superfluitas insequitur: organa ad euādā eā: ¶ Nā constituit eisq; virtutes īposuit: quib⁹ mota alia quidē attrahūt: alia nutriuntur: alia vero expellūt superfluitates. ¶ Attrahūt vero splen cistis felleā ꝛ renes vt ī ꝑmo capitulo sume tertie ꝛ q̄rte precedentis tertie particule dictū ē. Nutriuntur vero splen ꝛ cistis fellis: sicut dictū est in sūma precedenti: vbi de eis diximus. Expellūt superfluitates intestina: vesica ꝛ vie vrinales. ¶ Triplici āt existēte digestiōe ac triplici superfluitate que illā insequitur necessario sicca. ī. humida ꝛ vaporosa. ad expulsionē sicce taliter apꝑdītio nominate: q̄ digestiōni ꝑme stōaci insequitur: constituit ꝓpe ꝛ ꝑncipaliꝛ natura intestina. vi. numero tria gracilia ꝛ tria grossa cōtinua ī se ipsa īcipiētia a fūdo stomaci ꝛ ꝓtēsa vsq; ad postremū fictꝛ longa circūuoluta īuolutōibus pluribus: ligata dorso ligamētis strigentibus ea q̄bus adueniūt arterie vene ꝛ neruī ꝑximi tāq̄ sensu plurimo indigētes. ¶ Cōposita ex dupli ci tunica neruosa solida ne rumpantur a superfluitatibus trāseuntibus habētē tria in se villoꝝ genera quoꝝ latitudiales in īteriori tunica sūt situati: ī exteriori alijs situatis. Inquit. n. G. ꝛ ola. s. organa videbis secūdum villos mota. Et ꝓꝑea vniuscuiusq; quidē itestinoꝝ totū di. ī. latitudiales secūdū alterutrū tunicaꝝ īuoluti sūt. qui circūtrahūtur. n. solum attrahūt nihil. Et sua circūuolutōe retinēt magis q̄ ꝓpria virtute quoꝝ tria superiora gracilia intrīseca supꝑficie sūt fulcita hūiditate mucillaginosa. tria grossa īferiora pinguedine nea moris ꝛ discurrētibus sup̄fluis cōfūdantur. ¶ Primū ipsoꝝ vocatū ē duodenū q̄ lōgitudīs. xij. digitoꝝ ī rectū exiēs a stomaci fūdo cui cōtinuaꝛ. cui⁹ officiū ꝛ iuuamētū ē vt sit porta īferioris meatus stōaci: ꝛ eo clauso teneaꝛ cibus ī stōaco donec digeraꝛ ꝑfecte ꝛ sic cib⁹ ꝑ meri ī stōacū ore aperto trahiꝛ: ita eo aperto expellaꝛ ꝑ eū de stōaco ad itestina: alia gracilia cōtinua ipsi. ī. ieiunū ꝛ ileon q̄b⁹ multiplīr īuolutis teneaꝛ donec meseraice eis affixe multe traxerīt eis succū ad epar cui⁹ sunt manꝰ aliter āt corp⁹ sēp appeteret vt gulosū donecq; si q̄d dimittī a digōe ī stōaco hūit cōpleaꝛ ꝑ virtutē ei⁹ mediātib⁹ meseraicis ab epate venietē ꝛ sua ꝑpa cōplōe q̄ ē sicis ꝓpꝛ fōdi stōaci. ¶ Et q̄ maxie tales vene sūt affixe ieiuno a quo maxie attrahēdo ip̄z ieiunū a viscositate cibi dimittūt ꝛ a grosso feculēto ī. āniente ipsum colera rubea illi transmissā: ꝑ felleum porum a cistique excitat expulsiuā: dictum est ieiunum. ¶ Ileon aūt iuuamentum est idem: licet ab eo minus trahatur q̄ a ieiuno plus tamen digestio fit in eo q̄ fiat in inferioribus grossis: que ab ea etiam non euacuantur: sicut nec a venis eparis venientib⁹ ad ea propter suctionem: licet modicū sugāt: ꝛ ab eo passio iliaca dicta est. ¶ Inquit eīm Galienus multis modis sortiuntur nomina vt a membro et huiusmodi. ¶ Intestino vero ileon continuantur alia tria grossa quoꝝ officium generale est preparare feces cōpellere ꝛ exiccare sicut trium gracilium generale officium est cibum a stomaco missū conterere donec meseraice traxerint eius succum dimittum digestionis supplendo. ¶ Hoꝝ ꝑmū dictū ē monoculus: q̄ vnū habens orificiū ꝑ quod cibū a superioribus gracilibus recipit ꝛ si q̄d ī eo sit īdispositū suctiōi ꝓp̄ īdigōēz stomaci ꝛ supioꝝ intestinoꝝ derinēdo ipsū

ꝯtrã in eius ꝯcauo tãq̃ ĩ bursa decoq̃ndo p
fectius vt aptũ faciat sucũ ĩ meseraicarum ĩ
alijs ĩtestis grossis ĩferioribus affixarũ: lꝫ il
la sit pauca quarũ proportio ei⁹ ad intestina
alia grossa ẽ sicut proportio stomaci ad supi
ora gracilia. Et ppea situs eius ẽ ad posteri
ora ꝛ declinãs ad partẽ dextrã vt virtutis e
patis oportune recipiat influẽtiam qḋ vero
eis ĩdispositũ ẽ illi pparat vt conuertat ĩ fe
cẽ quã post modũ p idẽ orificiũ expellit ad in
feriora ꝛ plurimũ ad cõsũptiõeꝫ stãtis ĩ eo ag
gregari per indigẽis modũ lũbricos ꝛ serpẽ
tes ex ipso corrupto gñat paucos cũ numero
ꝛ quãtitate sic.n. iuuãt ad ipsi⁹ cõsũptionem
nec nocẽt q̃re corp⁹ raro ẽ sine eis. ¶ Et ex
eius iuuamẽtis ẽ vt colligat feces ꝛ paulatĩ
subseq̃nti ipsũ.s. colon emittat vt exiccent et
cõpleant ĩ eo atq; aggregẽtur donec expellã
tur a natura grauata ꝛ melius cõprehenden
te totũ cõuinctũ q̃ dispẽtũ. si.n. sitiance ex
pelleret ad ĩtestinũ colon ꝛ sit ventrẽ oẽs ti
meret eũctus collice pp multitudinẽ opilan
tẽ. Et hoc intestinũ digni⁹ ẽ vt descẽdat ĩ bur
sã testiculoꝝ alijs pp rupturaꝫ inguĩs seu si
phac cũ nõ sit alligatũ mesẽterio per mese
raicas vt alia ĩtestina imo pẽdens ab alijs si
cut bursa oblonga. Huic.n. ab ĩferiori parte
continuat aliud grossũ intestinũ vocatuꝫ co
lon. Cui⁹ iuuamẽtũ ẽ feces exiccare et ꝯplere
ꝛ aggregare vt dictũ ẽ: ꝛ ab eo dicta ẽ collica
sicut iliaca ab ileon. Et hoc ĩtestinũ cũ elon
gat a monoculo declinat ad ptem dextrã ꝓ
pinquã epati: deĩde ad ptẽ sinistrã descẽdit
ꝛ ptransiẽs splẽn ꝯcauat quia pp in grossicie
splẽis ventositatis exitus prohibet̃ vbi vero
cõprimitur super ipsũ: deĩde redit: ꝛ declĩat
ad ptem dextra propĩquã epati descẽdẽs ad
posteriora: ꝛ tunc cõtat renib⁹ ꝛ vijs vrine: q̃
re ĩ lapide renũ cũ aggregat̃ ꝛ descẽdit cum
vrina accidentia accidũt collice pp cõpassio
nẽ ex colligãtia ꝛ viciniate. ¶ Et illic conti
nuatur cũ recto: quod ẽ postremũ ĩtestinorũ
ĩ rectũ procedẽs vsq; ad sicutri cui sui extrẽi
tas ĩpla continuat̃ ꝛ in suo processu substen
tatur pp dorsũ alhari. Cuius iuuamentum:
vt dictum ẽ est fecis expulsio ad exteriora: et
vt sit facilis fuit in rectum positũ ad cui⁹ ex
pulsionem adiuuant lacerti ventris almirac
octo numero secundũ. G. Et lacerti qui sũt
ĩ ipsis preter quasdam extremitates ipsorũ
ꝛ aliorum eue sunt via cibi vt ẽ guttur: ꝛ ca
put et extremitas que ẽ in sicutri que iuuãtur
lacerto latitudinali illa ad attrahẽdũ hec ve
ro ad retinendũ. ¶ Ex quibus sic pãnotho
miã collectis scire ꝛ comprehendere potes
eorum naturam ꝛ quales et quãte sunt egri
tudines eis accidere possibiles loca quoq; e
gritudinum causas ꝛ modos nec nõ preparã
ꝛ cõia accña insurgentia que omnia sunt lo
ra egritudinum necessario pscienda. ¶ Scie
re ergo oportet q̃ intestinis accidere possũt
morbi cuiuslibet generis scilicꝫ male cõple
xiõis cõpõnis solutiõis continui ꝛ apostemati
verum q: ĩ infirmo cũ sint intestina in profũ
do posita ipsorũ morbi sensu nõ sũt percepti
nec medico nisi ipẽ alterius duorum simpto
matum comunium omnibus doloris.s. ꝛ flu
xus que secundũ. G. suo excessu impãmẽt
naturam substantiã ipsius resoluẽdo et eua
cuando quare medicũ cogũt desistere a cura
predictorum morborum ꝛ vehementie ipso
rũ stare ac fixioni ꝛ permanẽtie eorundẽ q̃
bus egritudinis naturam assumũt egritu
illud idem petentibus pre molestia ꝛ dolore
ne quã sentiunt vt supra in stomaco dixim⁹
ꝛ etiam in corde. ¶ Ideoq; antiqui de egritu
dinum intestinorũ cura agentes moti sunt p
tam illorum duorum simptomatũ nũ pene
trare cura.n. illorum vera est cura predictorũ
quos sequitur morborum. ¶ Secundũ hoc
igitur hec quarta particula quinq; contine
bis. ¶ Prima erit de medicĩs egritudinũ
mẽbrorũ deseruientium expulsioni superflu
itatis sicce vt intestinorum ꝛ ani. ¶ Secun
da de medĩs egritudinũ mẽbrorũ deseruien
tium expulsioni superfluitatis aquose vt rẽ
vesice ꝛ aliorũ. ¶ Tertia de medĩs egritudi
nũ testiculoꝝ ꝛ virge. ¶ Quarta de medĩs
egritudinũ mẽbroꝝ q̃ generatiõi deseruiũt ex
pulsiõi scꝫ atq; fer⁹ de gñe supfluoꝝ sꝫ q̃ et
ĩfletiũ ĩ oĩduo expellẽt. ¶ Quinta de egritudi
nib⁹ mẽbroꝝ ꝛ ptiũ vẽtris ex q̃bus sũt lacerti
vẽtris ꝛ alie coopãtes ꝓdcõꝝ mẽbroꝝ expul
siõi vt. G. dixit. Pma summa ꝯtinet capta. viij.

Cap. pmũ d̃ dolore ĩtestioꝝ ꝛ medĩs eius

DOlor intestinorum ē sensus nociu⁹ eorum ⁊ ē dolorem recipiēs. Nam āt ē in omnibus aut aliquibus. Si in oībus vt totū comprehendat ventrē ipocūdria s. supra ⁊ infra vmbilicum: ⁊ hic aut ē limora ⁊ vī tortio aut ē quietior: ⁊ dicitur proprie dolor ventris qui: si mediocres sint indicāt dispositionem neutralē ⁊ futurā portendunt egritudinem. si vero fortes vt actōem ledant: sūt egritudo. ¶ Inquit. G. tortio quidē ī ventre aut alijs mediocris dolor: āt scōm stomacū: āt secūdū īestinorū aliquod de gn̄e sunt eorū q̄ sūt preter naturā: ⁊ hec sūt egritudinum signa q̄ diu fuerit pui nōdū vero egrotare eta hn̄tes dr̄tur qui nōdū: propter hoc a cōsueta operatōe impediūr ⁊ egritudies eius ista ē ī talibus dispōnibus: ⁊ ppea ī ad aliqd eandē dispōem ⁊ neutrā ⁊ egrā dicimus. Si in aliquib⁹: aut ē circū scriptus in aliquo prticulari loco alicuius quatuor paruū ventris ⁊ tn̄ paru⁹ ⁊ dī punctio: ⁊ ē de genere neutrorum: aut ē magn⁹ fixus ⁊ pdurās ad opa cōsueta impediēs: ⁊ tūc aut ē in grossis ⁊ dī colica proprie a colon aut ē in gracilibus: et dī iliaca ab intestino ileon proprie. horum autē nōium īpositio a nomine ipsorū duorū īestinorum sūpsit originē pp eorū aptitudinem: ⁊ proprietatē īter alia ad hūc ī curendum dolorem sūt. n. strictiora alijs ⁊ circūuoluta cir⁹ uolutōib⁹ plurib⁹ quibus apta sunt repleri ⁊ opilari maxīe superfluitatibus que sūt causa doloris: nō sic duodenū propter eius sit⁹ rectitudinē ⁊ breuitatē et orificiū largū. Nō etiā sic rectū pp eius rectitudinem curitatē oris largitatem ⁊ propīquitatem ad extra. et hec ē diuisio quā dolor recipit a locis sine cāe pcipientis varietate. Alia ē diuisio quam recipit ratione sue essencie ⁊ impulmentis cause et ē quia aut ē pungitiuus: aut grauatiu⁹ aut extensiuus: aut corrosiuus: aut pforatiuus

¶ Cā. n. interior ipsū dolorem impulmens āt ē calida ⁊ acuta ⁊ subtilis ipsorū seperās cōtinuitatem: licet sit raro: ⁊ tūc facit pūgitiuū aut ē frigida grossa viscosa alterās: ⁊ tunc facit grauatiuum: aut est ventosa et vtraq̄ est: plurimū cā eius ⁊ tunc facit extensiuū ⁊ dolorem ventris cōprehendere totū: lȝ hic q̄nq̄ a frigiditate exteriori procedat: aut ē discurrens cum adherentia cū circūuolutionibus īestinorum: ⁊ tunc facit tortuosū seu tortōem aut penetrans inter duas laminas. intestinorum ⁊ seperans inter eas: ⁊ tunc facit pforatiuum ac si viscera perforarentur terrebello: sicut in se ipso paciente collicam. G. sensit: q̄ si sit debilis facit dolorem primum de neutralitatis genere: si fortis collicū et iliacum. Et si quidem sue impulsionis fortitudine multū debilitauerit intestina alterando soluēdo opilando perfecte vt quia fuerit ventositas ⁊ torquens ea grossa ⁊ fixa quē admodū apostema iam factū et confirmatum in eis eū cōfirmatum relinquet si vero nō multū debilitauerit intestina erit in fieri nō confirmatuȝ. Et generaliter aut cā eius erit interior: āt exterior. Et interior: aut est in ipsis intestinis āt ī alijs perueniens ad ipsa propter colligantiā ⁊ comunitatē propinquam absolutam: et nō absolutam. In ipsis existens ē egritudo: quelibet debilitās eorū expulsiuam. s. mala compl̄o mala compōe solutio continui ⁊ apostema. Mala compl̄o diuersa subito alterādo ipsorum naturā dolorem facit qualiȝ a materialis ⁊ plurimū frigida pp proportionem in natura minus vero hūida de se propter debilitatem impressionis. ¶ Mala compositō ē ipsius cā per accidens: nō per se: cum enim dolor sit sensus necessarius nō fiet nisi ex pmutatione grandi fiente a re preter naturam īprimente in organum virtutis sensibilis ⁊ ī naturam eiusque est compl̄o ⁊ vnitas seu ɔtinuitas cuius fit permutatio et alteratio in dolore est enim virtutis sensibilis tactiue cuius dolor ē passio organum pncipale ⁊ complectiuum cōsimile membrum puta neru⁹ secundū. G. nō officiale cuius natura est cōpō ⁊ contiguitas proprie et nō vnitas vel continuitas proprie vt Auerois ponit. Ad hoc autem compō ipsa mala nō ē imprimens ⁊ pmutans naturā organi sensus tactus iā dictam cū nō sit illi contraria sicut ē mala cōpl̄o ⁊ solō quibus mediantibus res alterās ⁊ soluenq̄ īprimunt in illam ⁊ si res imprimēs malā compōem ī mēbro cōposito soluat ei⁹ compōem ⁊ sic īducat dolorem illud tn̄ nō erit q̄ cōpōne soluat q̄ est eius natura propria. sed vnitatem ⁊ continuitatem que secundū auero. ē propria natura membri consimilis qued ē organum sensus et sic per accidens faciet.

¶ Ex quibus concludendum q̄ mala cōpositio per se nō sit cā doloris: tum quia ei⁹ pmutatio dolorem non causat: tuȝ quia ipa nō īprimit nec pmutat naturā organi sensus per se cui⁹ pmutatō doloris ē cā. Per accñs āt mala ɔpō fit cā ei⁹ dupl̄r puta q̄ sit ī eis opil̄o. pmo rōe sue cāe replētis ⁊ opilāt ei⁹ receptaculā atq̄ viā, phibētis expulsione, put specia

ad pñs que potest multipliciter pstare dolorẽ
Aut quia sit stercus durum siccũ grossum: ꝛ
multum quod extendendo dolorẽ īprimit: aut
humor grossus viscosus ꝛ multiplex infrigidã
do ꝛ extendendo inducat dolorẽ. ¶ Aut la
pis aut vermes multi ꝛ grossi ꝛ cõglobati q̄
extendendo ꝛ pũgendo dolorẽ inducũt: aut
apostema quod alterando ꝛ soluẽdo dolorẽ
prestat: ꝛ sic coartatoria sit nõ carnosa nec ve
nicosa aut attenuatoria: ꝛ eorum pros ꝯstrin
gendo ac cõprimendo dolorẽ pstans vt est ad
iacentia membrorũ vicinorũ cõprimentium vt
splenis proprie apostemati ꝛ indurati: ꝛ sic
epatis et lacertorum almirach: aut ventosi
tas circũuoluendo ꝛ torquendo opilans ꝛ p
consequẽs replendo ꝛ extendendo ipsa faci
ens dolorem cõsideratione aliarũ superflui
tatũ ex ea retẽtarum que cã doloris esse pñt
Solutio cõtinui eorũ naturã mutans soluẽ
do dolorẽ facit per se. licet oñdat contrarium
dicẽs q̄ cũ dolor sit sensus nociuus a cõtra
rio impssore nõ sentitur: nisi p cõplexionẽ mẽ
bri naturalẽ nõ integre permutatã. si enim es
set integre pmutata nõ sẽtiretur. Impressor
aũt cõtrarius cõplexioni naturali erit mala cõ
plo alterans cõplexionem naturalẽ vt est mala
cõplo seu qualitas nõ solutio continui vt di
xit. G. ꝛ etiã auicena confirmauit. ¶ Cui
falco rñdit. d. q̄ si solutio cõtinui seu soluens
continuitatẽ in q̄tũ huius non sit cõtrarium
ipmẽs in naturalem cõplexionem mẽbri: est
tamẽ impmẽs in vnitatem ipsi etiam natura
lẽ ambe sũt enim naturales ei secundũ eũ. ꝛ
proprie vnitas ꝛ cõplo: scilicet secũdũ. G. vna
sit cõio ꝛ alia ppa ꝛ ambe a se luent q̄si insit
pmutate. sic. n. inuicẽ ĩ mẽbro consisti sunt cõ
iũcte q̄ mutata vnitate seu cõtinuitate statĩ
inducit mala cõplo: ꝫ nõ econuerso sequitur ꝛ il
lud qm̄ solonem cõtrario cõitat sequit q̄ ocur
sus alterius coloris ꝛ spũs q̄ male cõplonis
ẽ cã: q̄re solutio continui cã p se erit doloris:
ꝛ maioris q̄ mala cõplo quod etiã sensus de
clarat cõtra quẽ nulla rõ valet: sicut ga. ꝛ ari
stoteles dixit. Et cũ solutõs eorũ cõtinuũ ẽ ali
qua ex pdictis puta hũoꝝ acuit ĩ mult vẽto
sitas vermes ꝛ lapis ĩ intestinis generat: vt
recitat. G. Et vidimus nos quẽdã puerũ emit
tẽtẽ pses lapides grossos sic nux ꝛ plꝫ p anũ
nõ tã magnos p virgã cui ꝯpulerũt valõ mel
lones: ꝛ mirũ q̄ sine dolore: ꝫ ĩ lapide intesti
noꝝ maior dolor sit sic etiã generatio maior et
illud pp cõplonẽ amplitudinẽ mẽbri ꝛ vacui
tatis eius. Apostẽatio aũt cãe ꝛ mõi supius dcẽ

sunt. ¶ Cã aũt ei ab aliis pueniẽs ad ipsa: [illegible]
ẽs cũ cõitate nõ absoluta. absoluta: ꝛ ppe
ẽ vt cũ a superiorib intestis ꝛ stomaco aliis [illegible]
tarũ cãꝫ ad ea puẽit seu mittit aut fluxu
ab epe ꝛ splene aliq̄ ex illis inmittit eis: vel
plurimũ colera ru. vel flãma a spũalibus vn
eis sanies mittit ab vlceribus pectoris pul
monis per venã magnã extensã supra dorsũ
mediãte epe: ꝫ illud litrato aut a cerebro [illegible]
ĩ catarris aũt a toto corpore vt ĩ [illegible]
[illegible] facitiua ꝛ se. dissoluitur [illegible]
lutã ꝛ ẽ [illegible]
bũtes lapides ꝛ strãgiriã [illegible]
mo ꝛ tetano aut ad siphac [illegible]
dũt ĩ bursã testiculorũ. ¶ Extrinsecus cã
aer frius vel pestilentialis ꝛ [illegible]
nalis balneatio ĩ aqua frigida [illegible]
fro. potus aque frigide [illegible]
rũpentis ꝛ pcipue ĩ [illegible]
proprietate hũt facere collicã vt [illegible]
pira imatura: fruct pontici ꝛ [illegible]
potus aq̄ frigide super ipsos [illegible]
ꝛ stipticis: ꝛ cãus sup vẽtrẽ [illegible]
ꝛ scindẽs. Sed spãliter [illegible]
vniuscuiusq; spẽi eius generalẽ cãꝫ [illegible]
ꝛ specificat pestilencia. ¶ [illegible]
cã cũ sit calida ꝛ acuta ꝛ [illegible]
colerie aut salsus sua viscositate [illegible]
tẽs: ꝛ sua [illegible]
rupe aũt vermes suis capitibus [illegible]
ea pforãtes ꝛ pũgẽtes aut [illegible]
aũt vẽtositas coartata q̄ [illegible]
ꝛ pũgit: ꝛ oĩum cã quo ad [illegible]
aliqua dicetur ifra. ¶ Et [illegible]
sit frigida grossa ꝛ viscosa [illegible]
aut: vt hũor flẽmatis aut sanguis [illegible]
mẽia q̄ de se dolorem talẽ facit: ꝛ [illegible]
cõuer sil venenũ exacuit ꝛ incendit [illegible]
G. Extensiui tortiui ꝛ perforati [illegible]
sit vẽtositas aũt erit ex pte cãe efficiẽtis [illegible]
materialis: aut vtriusq; vt supra de [illegible]
stomaci dictũ ẽ. Et cã materialis [illegible]
grossus ꝛ hũidus ex gulositate [illegible]
tus aũt cibus: qui sua natura multiplicat [illegible]
vẽtositatẽ q̄re collicã facit q̄ [illegible]
ꝛ sicut potus. Et siccitatis stercoris [illegible]
ei causa ẽ aut ex parte cibi aut ex parte cor
poris. Ubi quia fuerit siccus et paucus [illegible]
ex parte corporis: aut ex causa [illegible]
aut in reliquo corpore. In intestinis per se
per accidens: per se quia sint calida: et [illegible]
naturaliter vel ex frigiditate [illegible]
cõstrĩgẽte caliditatẽ [illegible] q̄bꝫ facit [illegible]

⁊ sta grossam condempsare in lapidem.
Per accñs ãt qr longo tẽpore eã retinuerit ⁊ cã ẽ qr sint fortis retẽtõis ⁊ debilr expulsionis naturalr: aut ex tempore: aut qr sint debilis sensus: aut ex egritudine vt paulsis aut ex media narcotica sũpta. Si i reliquo corpore aut i aliquibus mẽbris: aut i totius habitudine. pmo modo vt cũ fuerit in lacertis ventris debilitatis i cõplone: aut qr ñ fuerit missa colera excitãs ipsa ad expulsionez pp peccatũ in epate cisti ⁊ vijs colere ad itestina aut qr multa vrina fuerit puocata. Inqt.n. ipo.in afo. multa vrina noctu facta modicũ secessũ significat. ¶ Si in hitudine totius vt qr fuerit corpus inanitũ r multe resolõis manifeste cũ sudore r occulte: qr fuerit rare ꝯpõnis aer calidus ⁊ resoluẽs ars coadiuuãs: vt laboriosa i aere calido vt fabilis vitreatis: et seruiẽtiũ in balneo ⁊ in sole vt cursorũ ligõi- gãtiũ remigãtiũ murãtium ⁊ aratoꝝ. Et modus cõis in euẽtu collice ẽ vt repleatur. pmo monoculũ intestinũ fece ⁊ flegmate grosso ⁊ opiletur quod calefactũ a circũstãtiũ mẽbrorũ caliditate r approximatõe auxilioꝝ ⁊ conuersũ in ventũ ⁊ extẽsũz ad inferiora collica ⁊ dolorem forte faciat. Et qñ nõ cũatur monoculũ nõ sanatur pfecte: imo tũc accidit: vt fiat clistere aut euaporatio agitatur materia in monoculo aggregata quare duplicat dolor sicut accit etiã in iliaca maxime. ¶ Tũ.n. clistere intrinat materia in gracilib⁹ cõtenta ad q̃ nõ puenit enema substãtialiter vt.d. G. sed bm virtutẽ agitatur ⁊ cõmouetur q̃re dolor augetur. Et qñz clistere.i. materia mota p ipsũ nõ hẽs exitũ per inferiora superi⁹ expellitur. ⁊ cũ stercore sit p os emittit ⁊ ẽ mortale vt dicit. G. Et qñq̃ i stomaci ore ibibita manet ⁊ facit singultũ. Et quẽ admodũ collica ⁊ iliaca ex alijs mẽbris patientibus accit pp colligãtiã vicinitatem ac comunitatẽ: ita ex eo passio ⁊ nocumẽtũ alijs prouenit membris pp cõitatẽ nõ absolutã ⁊ pmutatõez materie ipsius ad stomacũ ⁊ prope iliace. ¶ Et qñq̃ accit singultus ⁊ vomitus vt dictum ẽ. qñq̃ ad iuncturas dorsi ⁊ alioꝝ mẽbroꝝ articulos ex q̃bus dolor i eis debilis obfuscat⁹ pp collice vehementiã vt dixit ipo. q̃ si sit ex materia ipsius multa extẽsione malũ ẽ. si vero ex pmutatõe ẽ bona. Et qñq̃ fit trãslatio materie ⁊ permutatio ad neruos: ⁊ accit palisis ⁊ qñq̃ ad cerebrũ ⁊ accidit epilia r mania ⁊ tunc prope cũ balneũ approximatã cũatione. Et qñq̃ pp comunitatẽ absolutaz corrũpit epatis cõplonem ⁊ accit idropisis. Et qñq̃ cordis propter vtrãq̃ cõitatem ⁊ accidit tremor eius ⁊ malicia anhelitus ⁊ sudor frigidus ⁊ sincopis ⁊ ẽ malũ signum totũ. Et ex collica ⁊ iliaca deterior ẽ cuius cã est opilatio perfecta ex apostemate: Deinde ex ventositate torquente deinde ex humore. deinde ex fece

Signa doloris ventris ⁊ intestinorũ: quedã sunt rememoratiua: quedã demõstratiua: ⁊ quedam pronostica. ¶ Rememoratiua sũt: que rememorant cãs eius pmitiuas extra corp⁹: ⁊ corpus intrãtes ex potibus ⁊ cibis: qui per naturã ⁊ properatem hñt cõmouere ipsum ⁊ consuetudo etiã eueniendi. Inquit.n. Abo. cã ẽ que pmo est ex qua prouenit inuẽtio dispositionis in corpore humano que ex medici rememoratione ac infirmi relone ⁊ astantium assertione hẽtur. Demõstratiua sunt que p̃ntem dolorẽ ⁊ spes eius declarãt: ⁊ cãs: et generaliter colligũtur ex sensu qui contrarium ipossorem subito percipit in varijs partibus ventris vario modo secũdũ diuersitatẽ cãrum impmentiũ ipsũ vt superius dictũ est

Specialiter autem ex signis proprijs distictiuis inter eas: ⁊ proprie inter collicã ⁊ iliacã oportet colligere illa pp conuenientiã earuz quia error potest accidere inducẽs periculuz ex resolutione virtutis quã ipozrant: ⁊ pphe iliaca. ¶ Unde dicta ẽ ab antiquis: domine miserere. ¶ Inquit Abo. dolor fortis resoluit virtutem ⁊ mẽbra a suis operationib⁹ prohibet. ¶ Cura quod sciendũ qr collica ⁊ iliaca q̃uis i causis generalibus conueniãt pinarijs distinguũtur tamen ⁊ dñt in specialitate ipsarũ: ac ex eis plurima contingentia nec ñ ⁊ in specie doloris i quãtitate ipsius in loco eius i pmutatione illius in excũtium diuersitate ac remediorũ iuuamento. ¶ In spãlitate causarũ nã iliaca plo accidit ex cãis pmitiuis ⁊ extrinsecis ⁊ mala cõplone singuli ⁊ frigida ⁊ a potu aque frigide nõ secundum necessitatẽ ⁊ hoc quia gracilia sunt stomaco magis propinqua: ⁊ etiã ab apostemate accẽti magis ⁊ ab aere pestilentie pp propĩq̃tatẽ ad cor ⁊ stomacũ: quare pmutatur de regiõe i regionẽ ⁊ de corpore i corpus ad modũ pestilentis morbi a tota specie venenoꝝ sũptorũ pp vicinitatẽ graciliũ ad stomacũ ⁊ pp vehemẽtiã virtutis retẽtiue qr strictiora: ⁊ q̃a ad retẽtionẽ gracilia sũt generata potius q̃ ad expulsionẽ. In specie doloris mãi iliaca dolor ẽ magis opilatiuus ⁊ tortuosus pp c⁹ stricturã ⁊ pũgitiuus propter colerã missã ad ca

In quãtitate doloris nã in iliaca dolor ē maior: fm. G. ⁊ acutior. Intestinū .n. ileon ē magis neruosū secundū. G. ⁊ magis principalibus propinquū: q̄re pcipitur ⁊ magis virtutē resoluit: quare fuit perpetratus ē ab antiquis Domine miserere a quo nos liberatur xp̄us: qui oīum ē protector. ¶ In loco nã in iliaca dolor ē supra vmbilicū ⁊ in ypocūdrijs prope In permutatione illius: nã eius materia est maioris pmutationis ad mēbra predicta pp maiorē vicinitatē: ileon ad ipsa ⁊ colligantiā. vnde predicta sequunt̄ icōmoda. ¶ In exeuntium diuersitate: nã ī iliaca egreditur per anū parū vel nihil. vnde. G. ileon ē cū nihil egreditur etiā si acutis clisterizetur sed per vomitū ⁊ illud ē flleumatic̄ q̄nq̄ colericū rubeū: q̄nq̄ viride eruginosū vel prassinū magis: et quãdoq̄ nigrū ⁊ intensū: ⁊ plurimū ventosū cum eructuatōe: ⁊ raro fetidū ⁊ stercorosum q̄ si accidat vt emittatur tale p vomitū nōtatur ferosus alias fetidus. nã os eructuatio anus ⁊ totū ferei corpus est mortale secundū. G. sed illud ē plurimū: vidimus .n. sanari aliquos. ¶ Item in iliaca vrina ē colorata mētū pp dolorē inflãmãtem acutiorē ⁊ q̄nq̄ pp retētionem colere nō mitte ad gracilia pp opilationem accidentem in ipsis: quare redit ad canales ⁊ vias vrine ⁊ tingit. Sudor quoq̄ ī iliaca magis contingit. propter doloris vehementiam in spiritualibus angustiã ipmētem: ⁊ ē frigidior. ¶ In iuuamēto remedior: nam ī iliaca cum vomitu magis fit iuuamentum cum clisteribus minus. In collica vero ceteris equaliter. Considerabis alia signa vel accidentia: nã plus accit ex eā antecedente ⁊ interiori flīca ⁊ ventosa propter frigiditatē grossorū aggregantiū illā: ⁊ stercore g̃sso sicco ⁊ multo: quod in eo generatur ⁊ aggregatur: quod expellere nequeūt: ad q̄ sūt ordinata magis: ⁊ dolor ē magis grauatiuus extēsiuus ⁊ perforatiuus: ac pungitiu' ex ventibus ibidem generatis ⁊ multiplicatis: et est maior: q̄ magis perdurãs p lōgū mē retentionem ex ipsorū spissitudine ⁊ carnositate ⁊ sensus eius ē infra vmbilicū ⁊ circa pectinē: ⁊ est minoris prestationis nocumentorū ad superiora principalia: licet sit maioris pmutationis: ad iliacã q̄ econuerso. ¶ Et hoc propter naturā compōnis ipsorum .f. situs ⁊ viarū aptitudinē atq̄ materie colon. n. cum sit inferius positū opilatione adueniente in eo: materia superfluitatis extra morbo q̄ a superioribus prouenit ei nō potens inferius transire regurgitat superius ad gracilia: que cū sint stricta apte retinetur ī eis: sicq̄ opilat ⁊ iliaca [illegible] Ileon vero cū sit strictū quod recipit a superioribus licet nō possit infra expellere [illegible] regurgitando superius emittitur per os cū nulla inter ipsum ⁊ stomacū incidat opilatio. Et si quidē emittatur inferius cū [illegible] ⁊ transeat de strictis ad larga nō [illegible] ri in eo vt faciat opilationem ⁊ collicã: [illegible] clisteri ⁊ colirio in ea egreditur per anū [illegible] cilaginosū ⁊ scibalosū [illegible] seu infectū ⁊ sicut vinū [illegible] sitate egredit̄ multa [illegible] gidū secundū. G. ⁊ tamē in principio [illegible] ē: deinde multiplicatur: nec vomitu egredit̄ aliquid nisi pp communicationem ad [illegible] ⁊ cōpassionem graciliū ad ea ⁊ stomachi ad gracilia. ¶ Et vrina in collica rubea [illegible] lorē inflamantē magis q̄ propter colere [illegible] gitationem ad vias vrine: etiā propter cōpassionē renū in dolore: quare [illegible] bus ⁊ tingitur. Et ī collica [illegible] ri ⁊ colirio maius ē q̄ in iliaca. ¶ [illegible] ro doloris interiores oculus [illegible] gna per ordinē pcōsiderans. [illegible] causa eius fuerit malū cōple frigida [illegible] nosū patiēs sētiet frigiditatem [illegible] ⁊ iuuatur calidis frigidis vero [illegible] lor erit minor excūtia quoq̄ erunt [illegible] alba flīca vel mūca ⁊ vento [illegible] ¶ [illegible] vero sit mala compō pura [illegible] tentio secum ventositatis [illegible] tatum egredi consuetarū [illegible] dem opilatio fit ex [illegible] ficant ipsam eius eductos [illegible] laboriosū: ãt saltū vehementi [illegible] percussionē: aut [illegible] aut multã ventositatem [illegible] ⁊ seperantē intestinū a mesenterio [illegible] volutē tem ipsū: sicut etiã [illegible] parua. ¶ Solutio vero continuitatis [illegible] rit doloris: ⁊ cū fuerit exterior [illegible] tio demrat. Et si interior ⁊ sit [illegible] dolor acutus declarat [illegible] grauedo pauca [illegible] ⁊ inflãmatio [illegible] citrina vel nigra similitudo [illegible] Et iuuatur frigidis ⁊ ponticis [illegible] leditur ⁊ tristatur. ¶ Si vero fuerit [illegible] tas demonstrant ipsam precedens [illegible] tensio ⁊ inflatio. rugitus ⁊ perforatio [illegible] dolor ac si terrebello perforarentur [illegible] Et excuntia erunt inflata spumosa ⁊ [illegible] natantia et iuuantur cōpressiōe ⁊ calidis

⁊ ꝓ̄pꝫ̄ sicco cū causa ventositatis hūida fu
erit ⁊ nō sicca. ¶ Si vero fuerit eiꝰ causa la
pis acutus pūgens ⁊ scidens erit ibi graue
do ⁊ pūctio et rememoratio eius ꝓcedenti tē
pore ⁊ alias generati ⁊ educti. ¶ Si vero fu
erit vlcus apostematis ꝓcedere videbit̄ apo
stema. deinde exitū puris ⁊ sanici. ¶ Si ve
ro fuerint lūbrici signa lūbricorum inferiꝰ po
sita tibi demōstrabunt ⁊ dolor erit pungitiuus.
Si vero fuerit apostema signa erūt dolor fi
xus in vno loco cū grauedine plurimū ⁊ in
flātō ⁊ tumor ibidem. Et si quidē fuerit calꝫ
dolor erit acutior cum fe. acuta ⁊ pulsatione:
⁊ siti vehemēti inflātio erit: ⁊ rubedo in toto
corpore ⁊ oculis: licet quīqꝫ appeat frigiditas
extremitatum arsura intestinorū adeo ꝙ opi
menta pati nequeūt: ⁊ illud ꝓpꝫ̄ cum est a
postema magnum in eis: ⁊ ē malū signum ⁊
mortale. Inquit. n. ypo. in acutis morbis fri
giditas extremitatū malum. Et si quidē fue
rit colericū erit grauitas ⁊ pulsatio minor: si
fe. inflātio ⁊ mordicatio vehemētior ⁊ regimē
precedens decliue ad calidum magis. Si ve
ro fuerit fricum contraria erunt signa: ⁊ si ñ
specie saltem gradu ⁊ frigiditati attestantia.
Inquit. n. Abo. minus calidū respectu ma
gis calꝫ debet esse frigidum. ¶ Si autē do
lor fuerit pp compassionē ⁊ communitatem ab
solutam ⁊ propinquā puta ad stomacum erit
appens repło ⁊ grauedo in stomaco ⁊ nause
atiua sacietas cum eructuatione ⁊ singultu:
atqꝫ īpotentia euomēdi eam. ¶ Si vero ad
epar vel splenē vel īmittentia coleram ł me
lancoliā superfluā precedēs inflātio epatis ł
opilatio ipsius ⁊ splenis grossicies cum circū
stantijs multiplicantibus illos humores tibi
indicat: ⁊ declarat: ⁊ dolor secundū periodos
exacerbatur. ¶ Similiter ⁊ si a toto corpo
re quod feratur ad regionē que secundū ven
trem. Et si colera fuerit calis leduntur: frigi
dis vero ⁊ ponticis iuuantur valde: vt. Ga.
ait: ⁊ expertus sum ⁊ ꝓpꝫ̄ cum educētibꝰ
coleram vel sanguinē ad sanitatē pestinam:
reducitur. ¶ Si āt ad spiritualia precessio si
tis pelsis: ⁊ vlcerū partium pectoris: quorūꝫ
signa premissa sūt supra vbi de eis locuti su
mus tibi ostendunt. Similiter si ad cerebꝛ
catarrus ans ostendit. Et si ad totum corpꝰ
plaria et fluxus liquefactiuus antecedet.
Sed si quidem fuerit propter ꝯpassionem ⁊
comunitatē absolutam vt ad epar splenem:
vel mirach apostematos sua grossicie et gra
uedine cōpmentes intestina ⁊ opilātes signa

apostematum illorū mēbrorum percipies an
tecedere. ¶ Et si quidē ad renes ⁊ vias vrie
patientes strangariam propter hūorē gros
sum viscosū aggregatum aut apostema: vel
lapidem cōpmentem ⁊ opilantem intestinuꝫ
colon dolor intestinorum seu collica fuerit: si
gna erunt humoris calidi dominātio ex regi
mine circūstantijs et exeuntibus collecta: et
calidis ⁊ diureticis iuuantur ⁊ fe. superueni
ente. Inquit. n. ypo. Quibuscūqꝫ ex strangu
ria ileos innascitur in. vij. diebus peunt si nō
fe. superueniente multa vrina fluxerit. ¶ Si
vero pp apostema signa videbis apostema
tis ipsorū que infra dicentur auxilio saluato
ris: Si autem pp lapidē quē patiūtur renes
ad quos cōpatientia intestina grossa doleāt:
⁊ collicā patiantur quod frequenter accit ad
verā curam expedit signa distinctiua habere
⁊ ꝓpria quando ipsa collica vera est: quia ex
intestinorū ꝓpria passione accidat: ⁊ qñ ē ñ
vera: qꝛ ex cōpassione aut comunitate ad re
nes lapidē habentes prouenia: ⁊ ꝓpꝫ̄ in
ꝓncipio cū tunc sint occulta: nisi. n. hūit. sto
lidus enim medicus cū curare voluerit nō cu
rabit: sed magis augebit dolorē. ¶ Est ergo
aduertendū secundū. H. ꝙ inter collicā verā
⁊ nefreticā grandis ē dr̄ia quā pertractans
Abo. eius interpres: ait ꝙ dr̄ia talis ex sex ī
rū consideratione accipitur ex dispōne. s. do
loris ex vicinātiam ꝓprietate: ⁊ ex eo quod
conuenit ⁊ confert ⁊ quod nō cōuenit nꝫ con
fert. Et ex dispōne exeūtium ⁊ ex parte vlti
me consecutiōis accidentium ⁊ ex pte causaꝝ
āntium ⁊ significationū. ¶ Ex dispōe autēꝫ
doloris: qꝛ dispō doloris diuersificatur ł eius
quātitate loco ⁊ tempore ⁊ motu. Quātitate
vero: qm̄ ille qui ē lapidis ē puus qm̄ sit acus
⁊ collicus ē magnus. ¶ Loco āt: qa collicꝰ
incipit ab inferiori parte dextri lateris: ⁊ ten
dit ad superiorē sinistri pp situm colon ⁊ sple
nis. ē quando dilata ł confirmatur in dextro
⁊ sinistro: ⁊ secundū quosdā nō incipit collica
nisi a sinistra. sed illud nō est verū. nam licet
pp eius frigiditatem possit esse nō tamē con
trarium experti sumus. preterea est ad ante
riora ⁊ versus pectinē decliuior qꝫ ad posteri
ora. Et renalis incipit a superioribus ⁊ dscē
dit paulatī vsqꝫ ad locū vbi confirmatur et ē
decliuior ad posteriora. ¶ Tēpore vero: qm̄
renalis sit fortis hora vacuitatis: collicꝰ ve
ro alleuiatur in ea: ⁊ sit fortis in fine suo ⁊ an
cedit ipsum cum sumitur aliquid ⁊ collicꝰ inci
pit subito ⁊ in tempore breui: ⁊ lapidosꝰ pau
Bb

latim: ⁊ fit fortis in fine suo: ⁊ antecedit ipsū
dolor dorsi ⁊ difficultas vrine deinde apparent
signa ⁊ dolor in colon. ¶ Motu autē quoniā
colicus ad partes mouetur plurieς renal' ve
ro figitur. Ex parte autem vicinantium pro
pinquorū: quoniam tremor multiplicat' i renib'
ambobus ⁊ nō paruum colon. ¶ Differētia
vero accepta ex eo quod conuenit ⁊ nō cōue
nit ē quoniā clisteria ⁊ exitus ventositatis et
fecis alleuiant dolorem colice: ⁊ non alleuiant
dolorem renū alleuiatiōe de qua sit curandū.
in pluribus dispōnibus: ⁊ medicine lapidem
frangentes alleuiāt dolorem renum: ⁊ nō do-
lorē collice. ¶ Ex parte autem eius qḋ egre
ditur ē. quoniam in renali nō est retentio fecū
ventositatis ⁊ rugitus sicut in collica. ¶ Ex
parte autem vltime consecutiōis accidētium
ē quoniā dolor crurium ⁊ dorsi ⁊ tremor in re
nali ē plus: ⁊ casus appetitus ⁊ vomitus cō-
sequēs fluxus ⁊ paucitas digōnis ⁊ vehemē-
tia doloris: ⁊ perductio ad sincopim ⁊ sudor
frigidus ⁊ iuuamētum cū vomitu in renali ē
minus. ¶ Ex pte autē causarum ⁊ significatio
num antecedētium ē quoniam assumptio ci
borū malorum: ⁊ assiduatio nauseatiue satie
tatis retentio fecis ⁊ ventositatis rugitus: ⁊
punctio est magis precedens in collica ⁊ vri-
na arenosa ⁊ filosa ē precedēs i renali. Et cū
accidit dolor renum fit primo subtilis. ⁊ cū ap
paret in consueto pati indicat renalem: dein
de fit filosa seu aspera in vltimo est arenosa:
⁊ ē bona. ¶ Et si quidem collica fuerit p cō-
passionem ad cerebrum apostematū prauo
⁊ auferens sensū intestinorum quo minus ex
pellant signa apostematis cerebri antecedūt
⁊ apposito collirio ex acutis non sentient: ⁊
nec clistere impositum: nec p os sumptum ali
quod acutum faciat declinare feces vtrū por
rū cepe ⁊ piper in assellatione sentiatur. ¶ Et
quāqꝫ accidit vt sit illic fistula corrūpens sensū.
Similiter si pp cōpassionem ad neruos spas
matos quare musculus contrahitur fortiter
⁊ retinet superflua videbis spasmū ⁊ tetanū
in aliis mēbris manifestis. Si vero accidat
collica propter rupturā videbis apparentē
rupturam vel herniam. ¶ Restat signa ad
pſciendum futurū bonum vel malum euacu
are. Sciatis ergo qꝫ cū i eo nō est retentio seu
constipatio multa nec dolor vehemens ⁊ alle
uiatur plurimum q̄tiens redeat: ⁊ inuēit eger
remedium per exitum ventositatis ⁊ remedi
a iuuare solentia iuuant est significatio bōa:
⁊ incolumis ⁊ propale si spiritus bonus exi-

stat. Cōtraria vero sunt mala. ¶ Iuuātia
M. solentia vero iuuare suo tempore si nō iu
uent cum debeant iuuare eorum significatio
procenditur in malū procul dubio. ⁊ si etiā
accidat vomitus cōis ⁊ singultus ⁊ frigidus
sudoris ⁊ extremorum perturbatio: ⁊ [illegible]
eius spasmus ⁊ sincopis ē mortale. ¶ Cura
doloris intestinorū similis ē cure aliorū mē
brorum quam supra in dolore stomaci genera
liter pertractauimus. dū vero ab aliis quo ad
naturam mēbri auxilia variant ⁊ modi me
di eis. Est autem in ea intentio duplex gene
ralis. s. ⁊ specialis. ¶ Generalis autem co
nit ⁊ modū ⁊ ē. Nam si quidem parua ⁊ me
diocris dolor sit vt sunt ipsi eius de genere
neutralitatis superius enarrati eius sanatio
ē vna res tantum. nā ad eius oblationē opor
tet agere tantū: simul. n. cū ea ⁊ sinthoma tolli
mus: nō autem a sinthomate sic magnitudi
intendimus ad sanitatem sed delectationem
pocius. Inquit. n. G. adulatoris est egre
grotanti intentionē quod parte potius ob
ectatione nō sanitatem. ¶ Si vero cum do
lor fortis sit ⁊ magnus comitante oppositiō
impediēs vt ē colicus ⁊ iliacus [illegible]
quattuor res. primo enim oz ad eius mitiga
nem insistare: deinde ad eius oblationē [illegible]
procedere nō econuerso. sicut econuerso pre
cedamus vita sit cū egritudine [illegible]
nem vnde. G. ait similiter quidem vbi oport
simul cū egritudine vita periclitatur [illegible]
tio oportet regimen ordinare et quare [illegible]
tiam insurgere possibilium conuenientē
iungere. Hec autem sint dolorē mitigā
⁊ que dolorem auferentia generaliter sunt
tibi supra tradita. ¶ Et autem ad specificatio
eorum deueniamus ac proponamus [illegible]
talem intestinorum noticiam [illegible]
qꝫ collica: ⁊ iliaca in tali cura conuenien
dū sic in cura ipsarū intentio post [illegible]
munis ⁊ propria. Communis quidē inquam
in eis conueniūt pluribus accidere enim
test iliaca ex eisdem causis omnibus ex quibus
collica generatur: ⁊ proinde medicinas [illegible]
men in vtraqꝫ oz esse easdem. ¶ Propriū
ro est in eis diuersa in quātū ipsa iliaca ex
tis propriis causis accidere potest vt magis
a communibus sibi ⁊ collice diuersis superius
numeratis: dolor etiam in ea est fortior [illegible]
ra quoqꝫ gracilium intestinorū a natura gr
sorum varia ē ⁊ diuersa: nec nō ⁊ accidentia
surgentia vt superius ē dictum: ⁊ proinde
specie in medicinarum quātitate seu virtut

locum . & modum vtendi eis a medicis cōibus variare oportet. ¶ Sciendū ergo quod mitigantia dolorem primam rem cōplentia communia colice & yliace: quedam sūt que mitigant impedimentem cām: quedā sunt que vtranqꝫ causā z .s. impedimentem & pcipientem respiciunt & quedam que percipientem tantum. Et pma quidem in ordine sunt pota: & quedam sunt simplicia: & quedam composita. simplicia sūt supra in dolore stomaci numerata. Composita vero hic inferius subiungentur auxilio creatoris. ¶ Propria vero colice & iliace ac eis ex certa cā cū de ablatiōe cause vniuscuiusqꝫ loquemur & nō obmittemus mitigantia que pcipientem cām respiciunt sbi etiam supra in dolore stomaci habuisti: & infra in dolore iuncturarū habebis. & simplicia et composita: et etiam que vtraqꝫ: tempus quoqꝫ modū & locum vtendi eis: quod proprie secundū .G. est cum dolorosa: aut calida sit virtutibus & substātia consistentia: tunc enim nō solū percipientem cāꝫ stupefaciendo auferant verum etiā impedimentem obtundendo & inspissando adequant. eius quoqꝫ discrasiam calidaꝫ alterāt & ad temperamentū adducunt. In alijs vero dolorosis frigidis non conueniunt. cum dolorem fortem talia. expectemē vero causent & si per conuersionē in ventositatem talē causent dolorem. Iuuamētum imprimunt nō sine nocumento magno: vsus .n. ait .G. taliuꝫ farmacorum nō est nisi instare ad sinthoma: augent .n. hec dispōem hanc et eam difficile solubilem operantur virtutē debilitando calorem & spiritū obtundendo & suffocando vel extinguendo: maxime si recentia sint narcotica & multa: & poros mēbrorum & intestinorum inspissando. proinde rem magni erroris committunt qui talibus farmacis in talibus vtūtur vt in se ipso. Cesar medicus ipse fecit nisi cāa quo euitari nō possunt vt puta cum talia frigida dolorosa ventosa fuerint & perforando fortem inducant dolorem: ad cuiꝰ mitigationem cum alia mitigantia anodina nō contulerunt nec euacuantia pp resolutioneꝫ vtendū est eis sed cum modo vt superiꝰ infatum est. ¶ Specialis autem intentio in cāe cuiuslibet ipedimentis doloreꝫ abscisione versatur: que recta ē cura & ad perfectionē eius necessario cōprobata: circa quam deinceps singilatim p ordinem procedemus incipientes ab inferioribus cāis & proprijs intestinis ipsis existētibus. ¶ Si quidem ergo causa earum sit materia frigida stica alterans replens et

opilans intestina cura est due res digestio & euacuatio digō aut sit cue subtiliantibus & incidētibꝰ: & poros dilatantibus. Inquit enim .G. Secant .n. ambo humorum grossiciē: acetosa & pontica: hec cum frigiditate: hec vero cū caliditate. Talia āt sunt simplicia & composita que infra dicentur opitulante xpo.

¶ Simplicia vero sunt anodina supra in dolore stomaci numerata: & alia magis calida nō multū excedētia: & proprie in pncipio cū materia fuerit multum habundās: cum .n. eā nō possunt consumere seu resoluere dissoluendo in vaporem & ventū conuertunt & sic dolorem augent inmissa & euaporata vt supra in cura inflationis stomaci dictum fuit. Talia sunt origanum calamentū: pulegium: isopus: crocus: ameos: maiorana: ficla: nemem: meu. enula: galia: radix pionie: stercus colūbinuꝫ & adeps fel tauri: abrotanum aspaltū: mirra: scordeon: & assa ferida siseleos. ireos: andacoca: laurus & bache eius: anetum: tribuli: nastur ciū nasturti ruta galang. crocus & vinū antiquū: spagi: & similia clistericata: & sumpta simplicia & cōposita secundū omnem modū & etiam exterius applicata p modum empli & alium. ¶ In processu vero cum materia fuerit diminuta: & euacuata calliora poteris ministrare ad resolutionem & consumptionē reliquie. qualia sunt piper alcū sinapis çingiꝫ & similia abstergentia & rīptica. & radentia & euaporantia.

Abstergentia sunt centaurea minor: vrtica: semen eius assarū: succus blitis salis species & bauracis: sulfur mercurialis. & succus eius: ius gallorum antiquorum: cartamus & ficꝰ cāls carice: & similia clisterīçata & sumpta. Et fortiora illis sunt iera. G. aloes polipodium serapinum: & alia laxatiua lenia: que nō agitant & cōmouent materiam & sta trahunt ab alijs mēbris ad intestina: trahendo enim ad ea dolorem augent. Et ex eis sunt vomitiua que sta vomitu soluunt: & sic trahunt ad stōa cum nō ad intestina que supra in cura stomaci habuisti & in libro consolatōnis medicinaꝝ.

¶ Euaporantia sunt interius & exteriꝰ approximanda. Et ex eis est balneum termarū & ex aqua marina vel dulci habente virtuteꝫ predictarum post predicta approximatam et proprie cum predicta dolorem nō sedāt: quādoqꝫ vero oportet ante approximare sedat .n. dolorem prouocat vrinam & somnum & cām maturat si cibus sit sine humor. Inqꝫ G. hoc est āt cum balneum cibum indigestum digerit: & humorem crudam maturat: etiāꝫ acutū

si ex aqua dulci ⁊ tepida fiat simplici fm. Sa.
Et proprijs est petroleum iunctū vel cero-
tum quod scripsimus capitulo de ciclamine:
⁊ fricatio cū manu vncta ex oleis calidis: sic
anetino de lilio: de spica de castoreo: ⁊ alijs
supra in stomaco dictis ⁊ dolore iuncturarū:
si supponantur que caliditatem conseruent. ⁊
augeant vt ē pellis vulpine: ⁊ proprie sacculi
ex pulueribus spongia ⁊ furfurum ē bonum
in ventre ⁊ sapo. semen rafani ⁊ aqua multū
calida etiam supra que colligant ⁊ soluit ⁊ sple
nem. ¶ Sed oportet ꝙ fiant multociens hec: et
predicta reiterata donec multitudo materie
tota sit euacuata sint cum intermissione spa
tij donec natura confortetur ⁊ materia dige-
ratur approximata euacuantia. ¶ Et si predi-
cta euacuantia nō suffecerint ꝓ multitudine
grossicie ⁊ viscositate materie nō ē malum si
confortetur cum alijs que materiā educāt cū
virtute ⁊ proprie iliaca. ⁊ si trahant ab ali-
is ad intestina cito ⁊ nō retineant eā sua tar
da ⁊ debili operatione in eis vt ē agaricum i
frigida ⁊ aloes in calida. ¶ Confortetur er-
go cum coloquintida ⁊ speciebus gūmosum
⁊ in calida cum diagridio rectificato: ⁊ alijs
facile ⁊ cito soluentibus appropriatis que in
libro consolationis medicinarum sufficienti
us habuisti. ¶ Sed āt si sufficit quantitatis
pauce: sic. n. soluendo si quod nocumentū ex
tractione humorum ad ipsa afferant non du
rabit sed cito transeundo iuuamentum illico
maius sequetur. Et proinde talia per inferi-
us posita ⁊ clistericata in coliko sunt meliora
ꝙ per os sumpta: ⁊ proprie si aliquam anti-
quam vel nouam egritudinē patiantur. Eua
cuant enim a grossis proprie intestinis nec a
toto corpore trahunt ad ea rem de qua sit eu
randum: nec debilitant sicut illa. ¶ Ideoꝗ
in clisteribus standum: nec per os aliquid ex
illis sumendum nisi ab alijs membris ⁊ toto
corpore aliquid influat ipsis vt infra dicetur
auxilio saluatoris quo casu ad cautelam secū
⁊ schibalorum euacuationem oꝫ premittere:
vt infra dicetur. ¶ Vomitus quoꝗ ⁊ vomi-
tiua locum in ea non habent: nisi cum a stoma
co ⁊ a superioribus intestinis aliquid ad ipsa
grossa mittatur quod declarat grauitas sup
vmbilicum ⁊ nausea: aliter āt nature cū vi
libus traherent ad nobilia quod est maxime
verendum. ¶ In iliaca vero egros oportet ꝙ
talia sumant per os ⁊ proprie vomitiua: pri-
mo. n. educūt a gracilibus cū sint stomaco asso
ciata. deinde clisteria imponantur ad fecum

eductionem ⁊ humorū inferius trahentium ꝗ
nis comode non educantur: ꝙ si nō sufficiū
per os ⁊ fortiora sumantur simplicia ⁊ cōpo
sita que infra ponemus ⁊ proprie cū ab alio
influat illis vt dictum est. ¶ Tempus autē
clistericandi ⁊ propinandi solutiua vomitiu ē
cum cibus iam digestus in stomaco fuerit ne
aliquid crudum trahatur ad intestina per cli
steria: nec quoꝗ medicina solutiua vomitiu si
faciatur vomitiua. natura enim stomaci gra
uata cibo superueniēte farmaco solutiuo ma
gis grauatur ⁊ molestatur: quare ad principiū
euacuationem ante ꝗ̄ descendit vomitu in-
citatur: ex quo ipsa valde debilitatur a dolore
precedente debile quod in re tali ualde timo-
rosum ē. Et quia predicta sunt acuta et infla
mantia maxime cum corpora ex dolore sunt
calefacta ne lesio eorum ad principalia per
ueniat ⁊ fumus proprie cum clistericata sub-
bita non soluant: vel si soluant nō inferius s
per os ⁊ ileon proprie oportet vt principalia
custodiantur cum frigidis ⁊ stipticis [illegible]
ticis: puta cerebrum cum epirodino ex [illegible]
rosis sandalis spodio ⁊ camphora epithima
tis. Et par cum eisdē ⁊ stomacus cū oleo ma
sticino vel de citonio vl' mirtino ⁊ parum ma
stice supraspersa. ¶ Sed si sitim patiatur me
lius ē tolerare si possibile ē: ꝙ si non potest
dabis ex granatis dulcibus vel [illegible]
lida aqua. Iuuat enim talis potus cū [illegible]
penetret ⁊ humectet: ꝙ si clistericata non sol
uant inueniunt per inferius cum calidis ⁊ [illegible]
superius cum humidis mollificantibus [illegible]
tantibus ⁊ abstergentibus vt est ius galli si
plex vel compositum: ⁊ deinde cum [illegible]
⁊ pomicis parum sumpsis ⁊ etiam calida p
prie. ¶ Si vero causa eius fuerit stercus [illegible]
sum durum ⁊ siccum in intestinis [illegible]
cura ē due res. prima ē mollificatio [illegible]
siccitatis ipsius. Secunda ipsius mollifica
euacuatio. ¶ Primam rē complent molli
cantia interius ⁊ exterius appropriata [illegible]
rius āt per os sumendo iura pinguia [illegible]
⁊ proprie gallinarum siue gallorum simplici
a ⁊ composita vt supra in antidotario [illegible]
diximus species oleorum. ¶ [illegible]
rum: ⁊ amigdal. nisi adsit fe. tunc cum [illegible]
eius dabis in potu aquam [illegible] vel prune
sebesten ⁊ iuiubarum tamarindorum ⁊ [illegible]
tium ⁊ aliorum fructuum frigidorum ⁊ [illegible]
rum vt malue viole siele ampliatis ⁊ [illegible]
orum mucillagines fenugreci psillij [illegible]
rum secundū ꝙ necessitas te vocabit. ¶ Et

ex propriis τ expertis ē mel cassiefistule sup
tam τ clistericatum complet eum utrumque: sed
oportet ut post horam sumptionem moueā-
tur fortiter ut descendant detenta τ feces fa
ciant descendere detinentes τ clisteria si opꝫ.
deinde cum predictis. ¶ Exterius empla et
unctiones τ fomentationes ex predictis: et
fricatio mactatiua uentris cum manibus et
τ oleis prenarratis. ¶ Secundarium com
plent predicta omnia tipsica τ solutiua cliste
ricata proprie uel per os sumpta: prout dispō
exigit. ¶ Sed ad perfectam curam τ in uia
intret ⁊ ibi diutius immoretur ante enim si ministratū fuerit spiritus inflammat alias vero inflammat dissipat ⁊ ad putredinis febres transmutat. In corporibus enim immundis rigorem ex putredine gignit. ¶ Qua propter in declinatione perfecta febrium talium ⁊ i fine tercij vel quarti paroxismi securius concedetur balneum atq; cibus cum omnis superfluitas euacuata sit ⁊ consūpta et sedata caliditas in declinatione pmi paroxismi vel secundi nō nisi repletio fuerit euacuata ⁊ alia materia si qua sit digesta. ¶ Talibus enī febribus tantum eis competit iuuat. Galienus ¶ Cōmune quoque auxilium est fricatio In opilatione enim vel solidāte facta poros rarefacit ⁊ aperit ⁊ superfluitatibus obuiat ⁊ siquidem mite sint dissoluit: ⁊ ad loca oppilationum trahit magis ⁊ intumeat quod etiam apiritua interius mistra ta magis efficiant. ¶ Si vero pauce ī soluit ⁊ consumit. Non ergo oportet vt fricatio ministretur: nec aperitiuum aliquod nisi euacuatione premissa ⁊ maxime si forte existat. ¶ Videtur autem ⁊ tercia res in cura effimerarum deficere necessaria que scilicet corrigit accidentia: non autem deficit quia dicte due res communiter in omnibus sint necessarie: hec autem tertia non in omnibus. ¶ In veris enim effimeris magnitudinem febris necessaria non existit: cum causam incorpoream antecedentem non habeant. ¶ In cuius digestione diuisio ac expulsione natura insistat: non magnitudinem febris ex quibus consueuerunt insurgere accidentia vt in putridis prout Galienus dixit. ¶ Sz in non veris habentibus illam tantum quod ostendit cum inquit. Proprium est putridarum secundum ascensum caloris ⁊ statum fieri aliquod simthoma. ¶ Effimerarum vero proprium signum fit caloris equalitas ⁊ suauitas ⁊ secundum ascensuz ⁊ statum in quibus augentur ⁊ sunt fortiores: nullum fieri simthoma non tamen est inseparabile cum a non veris appareat separari ⁊ illud propter causam predictam.

¶ Capitulum tertium de febre effimera que fit ex accidentibus anime.

Febrem effimeram fieri ex accidētibus ⁊ alijs causis que sequuntur dixerunt antiqui. ¶ Videndus autem est modus ⁊ qualiter fiat cū ex eo curationis ingenium habeatur.

¶ Modus ergo qualiter fiant ex anime accidentibus est. ¶ Quoniam vt inquit Abohali. Omnia anime accidentia sequūtur aut eis associantur motiones spiritus aut interius aut exterius aut vtroq; modo. ¶ Et illud erit aut subito aut paulatī vt ex hoc motiones intelligat non naturales ⁊ naturales excludat que sunt ordinate licet impetu quidam vere fiant ypo. dicente. ¶ Hec impetu fluunt ac refluunt: ac in eis que preter naturam que subito tantum sunt vt in dolore dicente ypo. in affo(ri)smo. Quecunq; compellit sūt his verbera gracilia fiunt scilicet subito. ¶ Cum enim paulatim spiritus ad alteram duarum mouentur partium sequentur seu associabuntur anime accidentia vt gaudiuz ⁊ tristicia temperate stantes cum natura nec sequitur feb. ¶ Cum vero subito moueātur ⁊ fortiter anime accidentia prouenient intemperata naturam exterminantia vt ē ira gaudium superfluum ⁊ timor nō tamē tātū vt perducant ad mortem sicut accidit pusillanimis ⁊ febris indispositis corporibus: qͣ calidis ⁊ siccis magis deinde calidis deinde siccis vndecunq;. ¶ In talibus enim corporibus sic dispositis predictus motus ī spiritibus naturam idest calorem naturalem exterminat: quia extra naturales terminos ponit ⁊ immutat ⁊ etiam immoderantiam tantum exauget qͥ pertransiens ad substantialia corporis: scilicet humores contentos ⁊ continentia membra ledat vniuersas actiones ⁊ passiones atque contristet ⁊ sic febrire hominem est necesse. ¶ Et quia naturales motiones spirituum sunt primo de principijs ad extra vt patet de vigilijs deinde de exterioribus ad principia vt patet de somno. Ira vero ⁊ gaudium primam motionem sequuntur: Ideo de febribus causatis ab eis primum dicere proposuimus. ¶ Est autem ira secundum Galienum non audacia sed velud feruor quidam eius qui circa cor est sanguinis in quo prius simulq; feruere necesse est spiritum. ¶ Cum autem

fervescentia sanguinis moveatur ⁊ simul cum eo ferveat ⁊ magis: tanquam magis aptus impellatur ad extra vt compellat iram. ¶ Quapropter febris ex ira proveniens effimera dicta est non humoralis.

¶ Signa vero ipsius effimere provenientis ex ira sunt signa rememorationis ire preterite: ⁊ demonstrativa presentis febris: vt caliditas corporis ⁊ exsuflatio: ⁊ rubedo faciei nisi admisceatur timor: ex eo quem forte offendit tempore ire. ¶ Nam ex hoc remittentur rubedo faciei ⁊ oculorum ita vt sunt rubei preeminentes exterius: vt terrentis: ⁊ hoc propter vehementiam motus spiritus ad extra. ¶ Et quandoque accidit quibusdam eorum tremor vt quibus colera dominatur ⁊ natura est debilis ⁊ resolubilis valde. ¶ In eis enim colera simul fervens cum sanguine movetur per sensibilia membra: quam cum natura regulare non possit tremorem ea pungendo per modum rigoris inducit eoque in ira precedente tremor absque signo rigoris provenit apparenter cum spiritus vehementer moti exterius: natura contentiva existente debili resoluantur quare membra in suo situ non valent naturali ⁊ debito conservari: ¶ Et vrina est rubea modica in emissione propter coleram dissolutam ei admixtam. Et quandoque est in eo aliqua claritas cum ex ea non accidit perturbatio i digestione: quod est quia calor naturalis extra egrediens ira presente loca digestionis obmisit. ¶ Et post iram quoque cum remanet resolutus digestionem complere non potest ¶ Et pulsus est magnus velox plenus ⁊ frequens propter cursum sanguinis ⁊ spiritus ad exteriora arteriarum.

¶ Cura eius est due res. Ablatio cause ⁊ alteratio febrilis discrasie. ¶ Primam rem complent sedantia iram: vt sunt inductiones ⁊ promissiones inducte tempore futuro ⁊ magis apto. ¶ Et ad motiones rationabiles que refrenent motum spirituum ⁊ convertant eos ad contrarium. scilicet interiora corporis cum suavitate ⁊ paulatim que ostendendo mala que provenerunt ex consecutione ipsius aliquem timorem incurrant: ¶ Et occupatio in letificantibus et fabulis ac cantilenis placidis atque ludis ⁊ mirabilibus que spiritus reddunt in actione claros ⁊ quietos.

¶ Secundam rem complent quecumque ex medicinis exterius ei tempore aplicatis infrigidando ⁊ humectando spiritum convertunt interius versus cor alterant detinent ⁊ confortant: ⁊ ex magis propter ad hec complenda est oleum violarum a Haliabbate inter cetera commendatur: sua enim frigiditate ⁊ humiditate febrem discrasiam alterat exterius inunctum: cum [illegible] natione ⁊ maxime circa spiritualia membra: ⁊ sua subtili substantia penetrando in profundum corporis humectando infrigidat magis spiritus ⁊ membra: ad quod adiuvat sua moderata stipticitate impellendo ipsam interius qua etiam spiritus repellit interius ⁊ inspissando ⁊ stipticando retinet ⁊ sua aromaticitate confortat virtutem ⁊ cor. ¶ Et quecumque ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis intrinsecus sumpte infrigidant ⁊ humectant qualia sunt cibis ordeaceum ⁊ cibus factus ex amido ⁊ ex fructibus citruli: ⁊ melones ex herbis portulaca lactuca endivia ⁊ similes ¶ Et ex fructibus pira: sorba ⁊ similia. ¶ Alterant enim discrasiam ⁊ obtundunt coleram ⁊ eius acuitatem ⁊ naturam leniunt que in eis est plerumque constipata. ¶ Et ex potibus quales sunt aqua ordei ⁊ frigida nisi fortis quod prohibeat ⁊ interdicatur vinum omnino donec sedetur caliditas quoniam inflammat spiritum agit coleram et impellendo facit ad motum nisi ad resolutionem [illegible] quo casu limphatum bene est concedendum ¶ Et ex medicinis [illegible] rando provocant coleram ⁊ [illegible] cum vrina educunt. ¶ Et ex illis est [illegible] cassiafistula. siracost ⁊ tamarindi [illegible] que leniendo eorum constipat [illegible] lubrificando ipsam educunt. ¶ Post [illegible] ministrandi. predicta est [illegible] febris paroxismo nec oportet [illegible] veniat balneando cum aqua calida [illegible] inflammat spiritus ⁊ eos ad exteriora [illegible] eius trahit. nec etiam cum frigida [illegible] fumos colericos retinet nec resol[illegible] tit. sed cum spiritibus intra converti[illegible]

¶ Et cum corpora sint nuda [illegible] sit membra nocent ⁊ maxime si [illegible] lutione debilitata. ¶ Post que con[illegible]

datur per horam somnus quoniam calorem: ⁊ spiritum reuocat: ⁊ intus tenet humectando inspissat restaurat ⁊ confortat. nõ tamen sit multus ⁊ profundus. ne ad inflãmationem perducat.

¶ Capitulum quartum de febre effimera q̃ fit ex gaudio.

Febris ex gaudio. prouenit sicut ex ira quia spiritus ⁊ calor mouetur ad exteriora subito ⁊ fortiter si superfluum fuerit: vt superius dictum est differenter tamen. ¶ In gaudio enim virtus in corpore manens ante ipsum molificatur deinde cum spiritibus ad exteriora progreditur corporis. Et cum valde superfluum fuerit resoluitur ⁊ sequitur mors. ¶ Cum vero non multum excesserit quia eius causa non fuerit multum ardua ⁊ excedens non resoluitur sed in motum inflammatur ⁊ febrem accendit. Quemadmodum ⁊ in ira in qua si multum excedens fuerit ⁊ superflua virtus corporis non dissoluitur aut vt egrediens resoluatur sicut in superfluo gaudio: imo retinetur aliqualiter intra cum timor sit permixtus in eo vt Serapio dicit: Quare non sequitur mors sicut in illo: ⁊ tamen febris ex eo proueniens erit sicut febris causata ex ira. ¶ Signa eius sunt proxima illis signis quia in specie similia: non tamen in gradu equaliter excedentia preterquam in signo oculorum: ⁊ pulsus non enim est forma eorum terrentium. Sed gaudentium. ¶ In pulsu quoq3 est frequentia minor q̃ in febre ex ira. Et proinde cura illius similiter proxima erit.

¶ Capitulum quintum de febre effimera que fit ex tristitia.

Tristitia ⁊ cogitatio quia motionem spirituum paulatim ad interiora sequuntur plurimum febres non faciunt nisi cum magis plurimum fit perdurans tunc enim licet motio spirituũ sit ad interiora paulatim tamen associantur motiones ipsorum cum eis magne pl'rime ⁊ perdurantes agitantes spiritus intra ⁊ cõmotiones de corde ad cerebrum ⁊ econuerso quia inflammantur ⁊ febres facit ⁊ maxime si accidat motus laboriosus: inquirendo rem perditam contristantem: que inueniri non potest. ¶ Signa eius sunt calor pallidus faciei igneitas vrine ⁊ acuitas eius in emissione percepta propter dominium caliditatis ⁊ siccitatis in interioribus corporis ⁊ motum colere multiplicantem ⁊ inflammatione calore sequentis motum sanguinis ⁊ spiritus ad interiora ¶ Et propterea etiam oculi sunt submersi cum quiete ⁊ subclusione: ad quod adiuuat resolutio superueniens: Deinde accidit illis contrarium: Et pulsus debilis ad paruitatem ⁊ depressionem tendens non valde ⁊ etiam in eo saltus ex subita reditione spiritus ad exteriora: ⁊ propter cum solicitudo inquirendi perditam rem insurgit: ¶ Cura eius est due res sicut cura febriũ predictarum scilicet. Ablatio cause ⁊ alteratio febris desiccatiue. ¶ Intentio tamen communis in eis contraria est ei que in illis. ¶ Prima autem est ablatio cogitationis ⁊ tristitie quam complet dimissio studij ⁊ prudentie ⁊ conuersio ad solatia plura ⁊ diuersa que spiritum retrahant de interioribus ad exteriora ipsumq3 reddant clarem ⁊ iocundum ⁊ spes inueniendi rem perditam contristantem vel aliam meliorem. ¶ Secundam rem complent queciiq3 ex medicinis stante paroxismo exterius approximatis ⁊ circa cor maxime infrigidãdo ⁊ humectando spiritus de interioribus trahunt ad exteriora. Ut est fricatio cum aliquo oleorum infrigidantium ⁊ humectantium absq3 stipticitate vt est oleum violatum de cucurbita de nenufare ⁊ similia. Et epithimata supra pectus ex mucilagine dragaganti psilij aque endiuie ros. ⁊ nenufaris portulace ⁊ melonis indi: ⁊ modico croco ⁊ balneatio in tinis declinante paroxismo in qua sit aqua temperate caliditatis ⁊ decoctionis alicuius predictarum medicinarum plurima in aqua sit introitus frequens: Post quod vngatur cum aliquo predictorum ⁊ mulgeatur lac mulieris. ¶ Complentq3 eam queciiq3 ex cibis ⁊ potibus infrigidant ⁊ humectant nutriunt cum aromaticitate leniuntq3 naturam

quales sunt que superius dicte sunt.
Et iura pullorum ꝛ gallinarum. ꝛ potus
temperati vini. ¶ Nichil enim secundū
Abo. est quod tantum humectet quātuꝫ
balneum in tinis. ꝛ vinum temperatum qꝫ
exiccando calorē naturalem spiritum mo
uet ad exteriora. ¶ Inquit enim Galie-
nus. Vinum temperatum totum corpus
calefacit membra perforat calorēꝫ natura
lem excitat: ꝛ humores contemperat hu-
mectando remouet vigilias ꝛ attrahit som
num: quoniam spiritus ꝛ virtutes anima-
les quiescere facit ac prohibendo resoluti
onem restaurat.

¶ Capitulum sextum de febre effimera que fit propter angustiam.

Sane inquit interest inter tristici
am ꝛ angustiam: Licet conueniāt
in motu spirituum ad interiora. q
Nam tristitia ad rationalem pertinet vir
tutem in cerebro existentem. Angustia ve
ro ad spiritualem in corde permanentem.
Ideoqꝫ angustia est plus causa pulsus q̄
tristicia. ¶ Est autem angustia motus spi
ritus ꝛ caloris ad interiora spiritualium
dum reclusione ibidem ꝛ impotentia extē
sionis eius propter debilitatem ꝛ prohibi-
tionē. Cum enim interius recluduntur in
fanis ex aliqua causa procatartica: vt est
amor rei que haberi non possit timore per
ditionis honoris ꝛ censu: licet tamen pau
latim reducti in seipsis agitantur ꝛ com-
mouentur interius propter sanguineꝫ cur
rentem cum spiritibus intra ꝛ fumum coā
tatū ibidem vel propter presentiam cause
nequeunt extra exire querentes viā solici
te que primam consequi et secundam vale
at euitare quare inflammantur ꝛ accidit i
quietudo in membris cum inordinato mo
tu: ꝛ sic inflāmantur in corpore toto non in
spiritualibus tantū febrem accendunt.
¶ Signa eius sunt similia signis eius q̄
prouenit ex tristicia sed sunt magis inten-
sa propter maiorem motum caloris ꝛ spi-
rituum ad interiora. Et quia est cum reclusio
ne ꝛ impotentia extensionis ad exteriora
pulsus erit in hac minor debilior de pulsu:
ꝛ sine saltu. ¶ Et signa angustie prouenie
tis ex amore sunt macrescentia corporis:
citrinitas corporis inquietudo membrorū:
ꝛ quandoqꝫ febris. Que contrariatur Ga
lienus i regis filio: qui pulsꝰ exiuit ex mu
lieris amore: quibus eos dicitur idol sci-
endo mulierica quedam ex amore ad mu
lierem qualis est dicta. In qua cum aude
patiens aut videt mulierem quam diligit
pulsꝰ eius manifestabitur saltu ꝛ inequali
tate ꝛ fit diuersus ꝛ corrumpitur sermo e-
ius: ꝛ cessante vel non apparente illa redit
ad illud quod fuerat prius ¶ Cura eius
est cura illius fortior tamen propter cau-
sam predictam sintqꝫ frigida exterius ap-
plicanda magis remissa: interius vero mi-
nus ꝛ magis intensa.

¶ Capitulum septimum de febre effime-ra que fit ex timore.

Ex timore qualiter prouenit febr
ꝛ qualiter mora supra capitulo de
febre ex ira conuenienter diximꝰ
proprie quidem quemadmodum ex angu
stia. In vtraqꝫ enim motus spiritus est ill
quia ad interiora motus vero diuersus.
Nam in angustia paulatim: in timore ve
ro subito ad interiora mouetur et cum mo
tus manet ibidem reclusus propter presen
tiam cause ibidem ꝛ agitatur ꝛ commoue
tur ꝛ inflāmatur: ꝛ deinceps propter con
tiguitatem que ad spiritus corporis et mē
brorum ēt in vniuerso corpore inflammatur
ꝛ accenditur febris. Et quandoqꝫ adeo ad
interiora cum subitaneitate mouetur q
suffocatur ibidem ꝛ sequitur mors. ¶ Si
gna eius sunt proxima signis illius quē
specie conuenientia differentia in eo sunt
Et propter ea diuersitas ꝛ tremor in pul
su est in hac maior preterq̄ in forma oculi
in hac enim forma oculi est forma irati in
illa vero quasi suffocati. ¶ Cura eius est
proxima illius quare oportet vt primo au
feratur causa timoris ꝛ adducatur causa
securitatis. Deinde ministrentur infrigi-
dantia ꝛ humectantia ex cibis: ꝛ potibus
ꝛ medicinis interius ꝛ exterius ꝛ principa
liter supra cor que virtutem habent gaude
di spirituum ꝛ calorem ad exteriora confo

tandi et prestandi gaudiũ et iocunditatẽ: q̄ de sunt dicta.

¶ Capitulum octauum de febre effimera que fit ex sincopi.

Sincopis ex effimera proprie nõ contingit. Et si effimera contigat ex sincopi raro est et non proprie: cum ex defectu spiritus et caloris contigat qui non febris sed infrigidationis est causa nisi cum ex aliqua predictarum perueni at causa verputa timore: vel angustia: vel tristicia magis ex quibus remansit superueniente sincopi in spiritibus aliqua calefactio que propter diuersũ motũ q̄ i sincopi accidit in spiritibus de intus ad extra tractus beneficio medicine inflammatur quandoq; et expanditur ad vniuersum corpus et sic febrem accendit que a sincopi causa gratia caliditas ad ẽm febris accessit sortita est nomen. ¶ Signa eius sunt antecessio sincopis ex aliqua exteriori causa: et presentia debilitatis virtutis cũ debilitate motus et pulsus in diuersitate ipsius: nam est cum primo cadit et occultatur cũ vincit frigus in timore angustia et tristicia: et deinde fit velox et manifestatur cũ expãditur calor et spiritus ad exteriora ¶ Cura eius est tres res prima succurrit sincopi vel virtutis debilitate que suo loco supius dicta est. ¶ Secunda causam sincopis et debilitatis aufert que hic similiter ẽ narrata: ¶ Tertia febrilem discrasiam aufert et extinguit que etiã ex predictis est nota.

¶ Capitulum nonum de febre effimera q̄ fit ex labore.

Nomen laboris hic nimium motũ ostendit qui cã febris effimere potest esse. ¶ Si enim motus quilibet calorem corporis efficit fortem ipsum flabellando et excitando cũ fricatione mẽbrorũ qua partes in eis ignee reducuntur ad actũ cõmouendo humores et spiritus.

¶ Mouentibus enim nobis mouentur ea que sunt in nobis nimius motus intendit illum et inflammabit et ad alia sibi corporis excedendo faciet peruenire et si insuetus sit in ledendo et molestando febrem accendit maxime si in sole vel circa calidã exerceat materiam ¶ In ieiunijs atq; extensis vigilijs occupantibus horas somni Inquit enim Albohali ¶ Multe vigilie corrumpunt complexionem cerebri aliquo siccitatis modo quorum vnus est vt causatur in animali spiritu facile accendatur: et inflãmetur in cerebro et vniuerso corpore dilatetur et ledat ¶ Signa eius sunt signa rememoratiua preteriti motus et exercicij laboriosi et demõstratiua presentis: vt magnitudo et necessitas in hanelitu calefactio corporis totius in inicturio vero addita super reliquas partes et extremorum et laxitudo et pulsus magnus et velox absq; duritie nisi ad resolutionem perducerit tunc enim erit durus et tussis sicca sequetur: et vrina est citrina et substantie mediocris nisi ex resolutione facta sit subtilis et pallida. ¶ Cura eius est due res. Ablatio cause que est laboris priuatio ¶ Completur autem quiete. Inquit enim Ypocras ¶ In omni motione corporis cum ceperit qs dolere quiescere statĩ remediũ est. ¶ Secunda est alteratio febrilis discrasie ¶ Completur autem cum hijs que ex medicinis exterius applicatis infrigidando et humectando laxitudinem prouenientem ex exercitio tollũt quales sunt declinante paroxismo et balneatio in tina aque dulcis et temperate caliditatis et effusio eius super iuncturas et musculos multa ¶ Inquit enim Galienus. Quoniam laxitudo ex exercitio facit accidere in corpore duas causas: quarum vna est corpora similium partium exiccantur: et altera est quia loca vacua que sunt inter ista mẽbra replentur humiditate que non est bona inmatiua naturalis si non est illud non est repletio humida imo est subtilis mordificatiua calida: Balneum quidem cum aqua dulci et de rebus magis conferentibus vtrisq; et illud est quia aqua dulcis tẽperata caliditate sui resoluit acquisitam caliditatem superfluitatem caliditatis subtilis: et sui humiditatem rectificat:

quod iam accidit corporis intestinis.

¶ Et propter illud quod effunditur de ea super corpus de foris occurrit ꝛ effunditur facilioribus modis q̄ egreditur de ea in poris egreditur ab ea in velocioribus horis preter q̄ sic hic retinens eam penitus permisceat oleum cum hac aqua ꝛ precipue quando inungitur homo cum eis vtrisq̄ simul humectatione multa. ¶ Tale autem oleum erit vel simplex ꝛ dulce: vt violatum vel rosatum propter de quo dictum est supra ꝛ in iuncturis cum eo sit permixtum aliquid ex oleis vt de semine lini vel oleum camomille que sunt propria: Nam quod est ex semine lini sua temperata caliditate: confortat ꝛ lenit duritiem iuncturarum principaliter patientium: ꝛ ab alterius olei frigiditate defendit.

¶ Oleum vero camomille vltra hoc ꝛ iū cturarum ꝛ lacertorum remouet lassitudinem plus q̄ relique medicine: quoniam caliditas est similis caliditati animalis: Vt dixit Abohali. ¶ Complentur vero cum hijs que ex cibis ꝛ potibus ꝛ medicinis interius sumptis nutriunt eodem interius infrigidant ꝛ humectant quales sunt cibi quorū paucitas nutrit plurimum propter debilitatem digestionis ¶ Et etiam ex carnibus dictis similibus earum ꝛ vitellis ouorum ꝛ potus vini temperati fructus ꝛ alij dicti superius: Et somno qui ꝛ si defectus afficietur stomaco ad quem humores cum nos consueuerunt concurrere ante paroxismum parum vel in ipsius principio concedantur: vel non expectata declinatione perfecta. Nisi enim talia corpora rehumectentur cibo febris perfecte nullatenus declinabit: Vt ait Galienus.

¶ Capitulum decimum de febre effimera que fit a calore exteriori.

Calore exterior ex quo proueniret est, potest febris effimera duplex. Aut enim est ex hijs que exterius tangunt corpus vt sole ꝛ igne balneo: Aut ex hijs que ipsum ingrediuntur. Vt cibis potibus ꝛ medicinis. ¶ Calor solis in spiritu magis imprimit animaliq̄ principaliter ꝛ immediate caput attingit ꝛ spiritum eius inflammat: quia per transiens ad alia principalia ꝛ corpus totum ledendo ꝛ molestando febrem accendit. ¶ Calor ignis ꝛ balnei in vitalem spiritum imprimit magis quam aer inflammatus ab eo plurimum ad cor trahitur per inspirationem vt cum fuerit superflue calefactum vel motum nimium trahit qui in eo inflāmat spiritum ꝛ totum corpus ꝛ ledendo febrem accendit qua vitalis spiritus in corde ꝛ in aliquibus membris corporis mouetur ¶ Calor vero cibi ꝛ potus imprimit magis in spiritum naturalem quoniam cibus ꝛ potus ad epar perueniunt prius cum eius calore ꝛ si potius peruenerit ad stomacum ibique alteretur antequam alteretur cum calore in minuto ad epar etiam peruenit ꝛ prius quam ad alia principalia: dicente Galieno. ¶ Cum inquit cibus in stomaco est quod bonitatis ad epar de stomaco trahitur ꝛ dum alteratur naturalis calor ꝛ spiritus alterans inflammatur ꝛ ipsius caliditate per vt Galienus dixit. ¶ Quapropter febris ex calore solis proueniens appropriata sit comparata existit spirituali animali.

¶ Proueniens ex igne seu balneo comparata est spiritui vitali. ¶ Et que prouenit ex cibo vel potu calido: vel ex medicina spiritui naturali. ¶ Signa febris que est a calore solis sunt signa rememorantia precedentis cause: scilicet more sub solari radio ꝛ demonstratiua febris vt caliditas vehementior in exterioribus corporis apparens quam in interioribus ꝛ magis in capite cum ariditate ꝛ si corpus fuerit immundum ꝛ caput calidius ꝛ graue propter repletionem quam trahit ad ipsum caliditas ex corpore toto. ¶ Et propterea oculi calidiores rubicundiores apparent cum ariditate ꝛ venarum repletio in eius temporibus ꝛ vniuerso capite ꝛ sitis que in hac febre: magis quam in febre ex depressitate frigoris color corporis ꝛ adustiuus ꝛ fuscus. Et impulsio arteriarum minor velocitas ꝛ frequentia respectu caliditatis cutis ꝛ similiter in hanelitu quia principalis impulsio non peruenit ad cor sed ad cutem. Et vrina est tincta ꝛ rubea parum. ¶ Et signa eius que fit a caliditate ignis ꝛ balnei sunt duplicia communia ꝛ propria. Communia sunt rememoratio precedentis cause. Sed propria sunt namque accidit ex ea

lore balnei sunt similia illis nisi quia exte
riora corporis cum caliditate vehementio
ri non arrida sed mollia sentiuntur: Et si
corpus sit malis humoribus plenum quã
doque deueniret ad rigorem et febrem nisi
totum dictum ⁊ aere frigido magis iuua
tur quam potu. ¶ Et signa eius que fit ex ci
bo calido actualiter ⁊ potentialiter vel po
tu vini vel medicine: vt nectaris ex calidis
speciebus valde sunt ex signis illis con-
traria quia caliditas in interioribus maior
sensus ardoris in stomaco fumosa eructu
atio: ⁊ sitis ⁊ leuatur potu frigido ⁊ ma
gis quam aeris frigidi inspiratione ⁊ pulsus
⁊ anhelitus maior ⁊ superflua prime ⁊ se-
cunde digestionis sunt colorata valde.
¶ Et cura eius que fit a calore exteriori ẽ
duplex scilicet generalis ⁊ specialis.
¶ Generalis est communis ei ex quacun
que prouenerit causa ⁊ est due res ¶ Ab
latio cause ⁊ alteratio febrilis discrasie.
¶ Specialis est diuersa Cum enim ex pri
ma causa prouenerit cause ipsius ablatio
complebitur. Si ex sole proueniat: cum
mora in aere frigido per se cooperto ⁊ so
le ⁊ igne priuato: vel vmbra ⁊ artificiali
ter infrigidato vt supra ⁊ infra dicetur.
¶ Si vero ex cibo calido complebitur vo
mitu: vel ventris solutione cum enemate
ex aqua ordei oleo violato ⁊ zucharo vio-
lato ⁊ infrigidant humectando. ¶ Cum
vero ex potu cum hijs que curare habent
ebrietatem que infra in effimera ex reple
tione dicentur ¶ Ex quibus proprie est
crocus cum rob biberis ⁊ proprie grana-
torum ⁊ coriandro. ¶ Alteratio quoque fe-
bris in primis complebitur cum his que ex
medicinis exterius approximatis infrigi
dare habent cerebrum principaliter ⁊ con-
uenienter cor ⁊ epar. Quales sunt infusi-
ones ⁊ embrocationes ex frigidis ⁊ aqua
frigida supra caput rasum. ¶ Et conue-
niens est effusio que fit cum vrinali pleno
aqua frigida summitati capitis applicato ⁊
diu retento ¶ Et saccellationes ⁊ epithi
mata supra pectus ⁊ ypocundriam que su
perius in cura cordis ⁊ epatis sunt dicta :
que comunia sunt in ambabus.
¶ Et in ea que est ex tertia causa puta est
igne vel balneo cum hijs que ex potibus
⁊ medicinis exterius sumptis habent in-
frigidare ⁊ humectare: vt aque frigide pu
re vel cum Julep violato de nenufaris: ⁊
similibus vt diuretica frigida ⁊ declinante
paroxismo cum balneo aque tepide cali-
ditatis. ¶ Cuius cum effusio vt sit mul
ta super membrum principaliter passum:
quoniam etiam soluit febrem ⁊ humectat.
Inquit enim Ypocras. ¶ Si febris non
a calore habeatur aqua calida multa capi
ti infusa solutio fit febris. ¶ Et deinde cũ
fricatione alicuius olei predictorum.
¶ Et deinde cum cibis frigidis ⁊ humidis
dictis: ⁊ potu vini bene limphati que com
munia sunt ei ex quacunque causa proueni-
enti. ¶ Et si quandoque coriza accidat:
⁊ catarrus deinde Julep cum aqua dra-
ganti tribuas. Postea balneabis in aqua
dulci eucrata que inspissat materiam.
Et deinde dragagantum in ore teneat ⁊ si
expedit quia sit accutus dyapapauer: ⁊ q̃
eius ebrietatem corrigunt ⁊ que dicentur
infra.

¶ Capitulum vndecimum de febre effi-
mera que fit ex dolore.

Dolor quandoque effimeram fe
brem accendit. Cum enim sit di
spositio que sensibilibus mem-
bris innascitur sed quam contri-
statur animal secundum Galienum.
¶ Spiritus sensibilis in eis existens con
tristationem percipiens subito ad princi-
pium virtutis animalis ex armonia natu
re retrahitur vt referat illam ipsi: ⁊ tunc
natura solicita circa regimen corporis se-
minit et preparat ad loca dolentia defen-
denda trahi que ex se ex alijs partibus cõ
poris spiritum carnem ⁊ sanguinem. ceu
propria instrumenta vt transmittat ad' il
la dicente Ypocra. in afforismo. ¶ Duo-
rum dolorum qui simul fiunt non secundũ
eundem locum vehementior denigrat al
terum. ¶ Si ergo ex locis in quibus est
necessarius concursus ⁊ ipsorum presen-
tia valde retrahit vt subueniat apparenti
necessitati maiori quanto magis retrahet ex
illis in quibus necessitas nulla concursus existit
quatenus succurrat nouo dolori superhabundanti:

que tacta impetu quodam transmittit: et subito ut superius dictum est ad defendendum illam. Ex quo necessarium est illa inflammari et durante dolore in loco ipso seuescere et maxime si acutus existit. Et exinde ad nature principium iterum redire et alia corporis subiecta extendi et ledentem et contristantem et super accedere febrem et cum superfluit corpus in contrariam dispositionem infrigidationis ex ipsius caloris resolutione reducere.

¶ Signa eius sunt que presentes febrem demonstrant atque dolorem: ¶ Et sunt tactus corporis calidi preter naturam: et sensus doloris acuti apud infirmum in aliquo membro sensibili sui corporis valde ut in lacertis stomaco villis iuncturis et capite proprie et partibus eius ut oculis et dentibus et auribus cum calore et augmentato in eo protrahente dolorem. Unde Abohali.

¶ Dolor capitis febrem declinatam facit redire ad augmentum que ambo absque infirmi relatione medico possunt esse nota ex frequentia anhelitus iuncta modo cum paruitate et raritate: modo vero cum velocitate et magnitudine. Unde Ypocras in pronosticis dixit. ¶ Spiritus siquidem frequens sit dolor cum et successionem significat supra hos que sunt supra diafragma qui similis pulsus etiam indicat.

¶ In talibus dispositionibus cum spiritu pulsus concurrit et est cum duricie et serinus quoniam acutus dolor proprie in neruosis existit. Et vigilie sitis et extenuatio coloreta quamdiu ad resolutionem caloris et spiritus non perducat.

¶ Et cura eius est due res prima est doloris sedatio que supra in soda. pleuresi stomaco et colica et iuncturis est dicta.

¶ Secunda est alteratio febrilis distasie. Completur autem cum his que in cura essimere ex labore sunt dicta. Et cum vini prohibitione omnimoda et proprie si ex dolore capitis sit causata. Unde Ypocras. ¶ Cum vero capitis dolorem timeas aut mentis percussionem ab usu vini summopere est cauendum dissoluendo enim humores ebullitionem prestando eis et impetum vel effundendo commouendo dolorem et auget simul et febrem nisi dolor ipse a crapula sit causatus. ¶ Unde Ypocras in libro de crapula. talem posuisse affori-

smum inuenies. ¶ Quem ex externa labore infert ebrietas id est vini potatio si loculo crastina rebibitio resoluit. nec mirum cum ex crapula multiplicatos vini vapores qui magis quam ceterorum membrorum capitis doloris sunt causa vel alterius consimilis eius symptomatis nocte intermedia predigestos in somno calor naturalis vini moderata rebibitione dilatata confortatus dissoluat et perfectando membra extra corpus statim externat soluto dolorem. ¶ Concedendum est enim talibus vinum hoc modo nisi febris obsistat: vel aliud accidens contradicat quod non contingit in essimera ex se ipsa cum eius calor magnus non sit nec attrahens sinthomata ut est dictum. Calor quoque vini sit debilis et remissus respectu eius quod est temperatum. Quod Galienus ostendit cum inquit ¶ Vinum cognosces usque aliunde dantem me. Hys vniuersis scilicet essimeram patientibus quod aquosum visum est virtute melius enim est aqua hic vinum per omnia digestioni coadiuuans: urinam et sudorem prouocans et vniuersas excretiones. Vinum enim temperatum totum corpus calefacit: membra perforat humores contemperat: calorem naturalem excitat ut digesta materia: et apertis viis vniuersas excretiones utiliter moueat sicut ipse in commento affoirismorum ostendit.

¶ Capitulum duodecimum de febre essimera que fit ex vigiliys.

Vigilie nimie febrem accendunt essimeram in spiritum animali generaliter quemadmodum et nimius motus cui valde sunt similes aliter tamen et aliter. Exiccando enim complexionem cerebri et ipsum animalem spiritum circa actiones sensus et motus commouendo et agitando efficiunt: ut in ea calor prius et facile igneat de cerebro ipso ad corpus transiens et ad membra alia contristantem quoniam febrem accendit. In motu vero calor est incipiens ex lacertis et iuncturis et de eis transit ad totum corpus

¶ Signa eius sunt signa rememoratiua vigiliarum antecedentiũ sicut est palpebrarũ grauitas: vt difficulter aperiantur: ⁊ inflatio earum ⁊ faciei ⁊ cibi indigestionem multiplicantem vapores ⁊ citrinitas ⁊ profunditas oculorum propter siccitatẽ ⁊ resolutionẽ. Et pulsus spasmosus durus ⁊ tensus sicut corda cortigiarum tensa vel contracta ⁊ debilis propter eandem causam. ¶ Et vrina subtilis proinde ⁊ alba nisi propter febrem: inflammant: Urine enim vigilantium plurimum sunt albe. ¶ Et demonstratiua etiam signa ⁊ caliditas preter naturam in corpore vniuerso cum siti ⁊ priuatiõe seu impotentia dormiendi. Inquit Galienus.

¶ Si quis certa hora dormire consueuerit ⁊ ea hora transierit super vigilias cum deinceps velit dormire non potest: quoniam vaporem qui causa est somni vigilie precedente resoluerunt omnino. ¶ Et cura eius est generalis ⁊ specialis. Generalis est cura effimere ex labore ⁊ nimio motu. Specialis autem est due res. Ablatio cause ⁊ est prouocatio somni. ¶ Completur autem cũ his que exterius ⁊ interius aproximãdis supra in cura frenesis doloris stomaci ⁊ iuncturarum sunt dicta. ¶ Ex quibus est balneum: ⁊ post ipsum vinum limphatum ⁊ multum: quia magis inebriat humectat ⁊ dormire facit. ¶ Et cibus frigidus ⁊ humid⁹ non expectata perfecta declinatione concessus.

¶ Secunda est alteratio febrilis discrasie: cum his que supra in nimio motu sunt dicta: ⁊ principaliter supra cerebrum applicata.

¶ Capitulum decimum tertium de febre effimera que fit ex quiete.

Somnus ⁊ quies febrem effimeraꝫ debent accendere econtrario motui ⁊ vigilijs cum sint illis contrarij ⁊ inter se similes dicente Abohali. Somn⁹ quieti vehementer similis existit. Uigilia vero motui. Sed cum per se tantum non accendat quinimo dispositio corporis operetur quasi in accendendo ipsam conueniunt. Et licet quies de se sit infrans ⁊ humectans per accidens erit inflãmans ⁊ febrem accendens similis cum somno. Et si perdurauerit tempus eius calefaciet corpus caliditate extranea quoniam dissoluet humores per corpus ⁊ in calidos vapores conuertit maxime si colerici sint humores. nec resoluuntur maxime si quis succedat quia retinetur. ⁊ retenti inflammat primo spiritum naturalem ⁊ alios ⁊ ex eis transit inflammato subiecta corporis reliqua et ledẽdo ⁊ cuꝫ tristando febrem accendit. ¶ Signa. Eius sunt signa rememoratiua somni precedentis. et demonstratiua ipsius et febris presentis qualia habentur ex relatione infirmi et inuentione caliditatis preter naturam in corpore ⁊ preter hanc ex dispositione oculoꝝ vt sic reclusione palpebrarum ⁊ limpitudine ⁊ habitudine corporis humida ⁊ pinguosa pl' rimum ⁊ turgiditate mẽbroꝝ ⁊ pigritia anime ⁊ corporis ⁊ de coloratiõe ⁊ frequenter ex denutricatione ac macrescencia corporis. Inquit enim Ypocras. Derelinquentes exercitiũ ethicam frequenter incurrunt. ¶ Et pulsus repletio vaporosa ⁊ mobilia ⁊ vrina spissa cum sedimine multo ⁊ crudo. ¶ Et cura eius est due res. Ablatio cause ⁊ alteratiõ febrilis discrasie. ¶ Prima contrariatur prime que in cura feb. vigiliaruꝫ est dictuꝫ: Et cum contrarijs habet compleri. ¶ Secunda est similis secunde in cura illius est oportunum. ¶ Differunt tamen in gradu: quia debet minus ad frigiditatem ⁊ humiditatem accedere. ¶ Et balneum magis resolutiuum ⁊ minus humectatiuum est conueniens. Exercitiũ temperatum ⁊ diminutio cibi ⁊ substractio vini.

¶ Capitulum decimum quartum de febre effimera que fit ex fame.

Fames effimeram febrem quandoꝫ accendit. Quoniam vt Galienus ait. ¶ Fames corporea exiccat per accidens. Intollerantia enim eius: calore naturali substracto pabulo alimenti calor ipse in humores corporis agit eosq; depascit ⁊ consumit ⁊ sic corpus exiccat ⁊ agendo intenditur nec obtunditur sed inflammatur innaturalis spiritu primo. Deinde in alijs ⁊ ex eis ad reliqua corporis subiecta pertransit ⁊ ledendo ⁊ contristando febreꝫ accendit. ¶ Similiꝗ modo ⁊ sitis superaccẽdit illũ. Intollerantia eni eı⁹ poti⁹ ⁊ fri

gida irroratione priuate particule arescunt
in quas agens naturalis calor intenditur:
Nec obtunditur cum deficiat humidum:
Sed potius inflāmatur in spiritu naturali
primo deinde in aliqs: Et de eis ad alias cor
poris partes transit: ⁊ ledendo ⁊ contristan
do febrem accendit. ¶ Signa eius sunt esu
ries ⁊ sitis presens: vel earūz reliquie rema
nentes defectio corporis pulsus debilis ad
duriciem tendens cum frequentia priuatio
somni: Urina rancta ⁊ pauca: ⁊ similiter e
gestio adusta ⁊ stibalosa cū caliditate preter
naturam acuta in corpore vniuerso extensa
¶ Et cura. Eius est cū hijs q̄ humectare ha
bent. ¶ Ex cibis et potibus que ex premis
sis sunt nota declinatione non expectata p
fecta paulatim exhibita ⁊ gradatim multipli
cata a multis enī subito extinguitur. Unde
Abohali. Nihil deterius est fame in tempo
re sterilitatis quaz precessit facietas in tem
pore fertilitatis. Sed illud verterte est per
peius. ¶ Est enim eorum natura secundum
Galienum sicut lucerna extinctioni parata
que cum oleo non redundant quodā seu pa
bulo reiciatur cum vero modū excesserit ne
cesse est eam extingui. ¶ Et cum hijs que
habent humectare sufficienter ⁊ parum infri
gidare ex medicinis interius ⁊ exterius mi
nistrandis. Qua lea sunt Iulep viola rosa. a
qua ordei ⁊ syrupus de cucurbita: ⁊ similia.
Balnea dulcium aquarum tepidarum: vel
non veri frigoris: Et oleum violarum freq̄n
ter inunctū ⁊ ros. si inueniantur. ⁊ si non
simplex ⁊ dulce abluatur cum frigida ⁊ inū
gatur. ¶ De effimera ex cibo ⁊ potu capitu
lo de effimera ex calore iam superius dictū
est.

¶ Capitulum decimum quintum de febri effi
mera que fit ex inanitione:

Euacuatio quandoq̄ febris: accendit
effimeram. Si enim fiat cum farma
co dupliciter febrē facit per se natura
lem calorem ⁊ spiritus primo inflāmando.
Omne enim farmacum calidum ⁊ siccum ē
secundum se: Ut Galienus ait. Et per ac
cidens commouendo ⁊ dissoluendo humo
res ⁊ in hoc vere vim inferendo ⁊ soluendo
superflue nec minus inclinando vt frequen
ter surgant ad sellam ex quibus fumi calidi
dissoluuntur proprie si calidi sint humores
⁊ multi ⁊ in colericis corporibus per subie
ctis ⁊ de ipse cutis ex quibus non euapo
rant sed retinentur ⁊ calorem ⁊ spiritum in
flāmant primo. Ex quibus deinceps inflāma
tio penetrat ad reliqua corporis subiecta:
⁊ ledendo ⁊ contristando febrem accendit
effimeram. ¶ Si vero cum fleubotomia
per accidens illam accendit dupliciter vel
commouendo humores ⁊ proprie si calidi
sint ⁊ multi vt predictum est. ¶ Fleuboto
mia vero pauca vel multa euacuatione int
ta ⁊ eradicatiua sanguinis qui frenum est
colere ante ipsius digestionem eam redden
do effrenem qui ebulit ⁊ febrem accendit i
speciebus ⁊ corpore toto effimeram si nō
corrumpatur: vel putridam si ipsa relata
humora prius ebulliendo putrescat. ¶ Un
de Abohali fleubotomia multotiens remo
uit febres ⁊ multotiens commouet ipsas
Galienus quoq̄ infelices et colera non
sunt fleubotomandi. ¶ Caue enim ne eos
ad humorum ebulitionem perducas. ¶ Si
vero cum alijs leniriuis compressiuis: vel
fleubotomie proportionalibus raro ⁊ non
nisi per accidens altero predictorum mo
dorum febrem accendet. ¶ Signa eius
sunt reliquie precedentis purgationis ⁊ si
tis vehementis ⁊ caliditas corporis minor
si acuta vel fleubotomia precedens cum
amaritudine oris precedente fastidio ⁊ cū
dis morsu: ⁊ signa colerice complexionis
⁊ pulsus debilis ⁊ frequens ⁊ vrina tincta
⁊ rancta que coleram dominantem osten
dit. ¶ Et cura eius que ex farmacia dicta
res ¶ Ablatio cause: alteratio febrilis di
crasie ⁊ correctio accidētium que in solutio
ne eueniunt: vel sequuntur. ¶ Primam
rem complent quecunq̄ infrigidant ⁊ hu
mectant ⁊ humores cōmotos quietant: vt
est somnus ⁊ quies. Inquit enim Ypo.
in affo. Cum vero elleborum sumpseris
lucris somnum fac ⁊ noli mouere. ¶ Si
sit ante ipsum aut petita exhibita insipi
da cum frigiditate: vel proprietate: vt est
coriandrum hec enim humores commotos
et mediam reddūt quietos ⁊ retinent fu
mos reddunt obtusos: ⁊ malam qualitatē
impressam a farmaco alterant simul ⁊ fe
brem ac dissolutos educunt: ⁊ medicinam
cum superfluit in soluendo in sua refrenāt
audacia: ⁊ sistunt solutionem qualia

sunt que supra in ꝯsolatione medicinaruꝫ: cum accidentibus que faciunt reg^a resoluti one medicine obuiare docuimus sunt dicta. ¶ Secundam vero rem complent quecun ꝗ ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis interius :⁊ exterius ministrandis confortant ⁊ infrigi- dant ⁊ humectant stipticando vel leniendo: put exigit dispō ꝗ ex dcis ⁊ dndis sit nota Sint autem cibi magne qualitatis substan tie euchimie sed pauce quantitatis quam di gerere possit. ¶ Eius vero que accidit ex fleubotomia minoratiua commouente hu- mores calidos ⁊ multos vt sunt sanguinei. Cura est cum secundatione fleubotomie e- radicatione vt euacuetur qđ de humoribus est commotum. ¶ Inquit enim Abohali. fleubotomia quidem multociens resoluit fe bres :⁊ si effrenatiōe ⁊ ebulitione collere ac- cidat pp multam euacuationeꝫ sanguinis ex fleubotomia in principio quia fit eradica tiua. Cura est que coleram commotaꝫ ebul lientem: sistunt. infrigidant :⁊ obtundunt: vt frigida ⁊ stiptica sicut granata mirça ⁊ a- cria maciana ⁊ rob de ribes ⁊ de agresta de mirta de piris de citonijs cum aqua frigida. Et deinde que leniendo educunt vt frigida lenitiua :aqua cadei prunorum :⁊ fructuum: syracost terreniabim cassiefistula :⁊ similia Et labificando musellago psilij proprie.

¶ Deinde cum hijs que ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis exterius cum moderamine mini- strandis infrigidant :⁊ cum stipticitate con fortant que superius nota sunt. ¶ Terciam rem complent quecunq̄ in consolatione me dicinaꝝ docuimus seriose.

¶ Capitulum decimum sextum de effime- ra febre. que fit ex repletione.

Repletio si ex multis licet tempera- tis sit cibarijs ⁊ potibus crapulan- tibus ex vinis licet non vinosis ⁊ an tiquis ac melliecratibus conditis ⁊ pluribus adeo vt ad sacietatem nauseatiuam perdu- cāt indigestionē ipoꝝ ⁊ corruptioēm q̄ accēdit vapores diriūes mltiplicat et fumosos i fi- cientes spiritum ⁊ calorem inflammantes in epate: ¶ Qui perueniens ad alios :⁊ de eis ad alia corporis subiecta peruenit ledendo ⁊ contristando febres accendit non veram effimeram maxime in corporibus sb iectis dempse cutis que non se fouent nec si bi subueniunt cum oportunis remedijs v^t supra repletionem exponantur laboriosis ginasijs sub solis estu balneant se: ⁊ alia illi cita celebrant indistincte nutriens supra nu triens quod nondum digestum est immittē do ex eo indigestio generantur corrumpunt digesta ⁊ vapores acuti ⁊ fumi multiplican tur:⁊ ventositates:⁊ que non resoluantur: s retinentur ex quibus febris accenditur ebri etas generatur ⁊ in visceribus calor: graue do ⁊ mordicatio apparet extremia in predi ctis corporibus ex se ipsis raro ⁊ non nisi p indigestionis modū ex malicia regiminis fi- et ⁊ cum fit nunq̄ vel raro febrem accendit. ⁊ cum accendit que debilis est ⁊ parua.

¶ Signa eius sunt signa rememoratiua p̄ cedentis repletionis ⁊ ipsius demonstrati- ua presentis febris qualia sunt stomaci gra- uedo cordis morsus sacietas ⁊ nauseatio remanens eructuatio fumosa quam ante fe bris aduentuꝫ eructuatio acetosa precessit: vt superius dictum est. ¶ Et proprie cum moueatur ad exitum per superius. ¶ Un- de vomitus sequitur emittens vapores fu- mos ardentes oculos ⁊ nares infirmi ⁊ alio rum astantium ¶ Et cum lauantur dyaria que secundum Galienum sola est indigestio nis remedium emittunt indigesta ⁊ corrup ta fumantia ⁊ accendit grauedo ⁊ dolor pū gitiuus in visceribus ¶ Et ardor ⁊ pun- ctio in pudico inflamatio faciei :⁊ oculorum atq̄ rubedo terrens sicut in irascentibus: cum anxietate spiritus. ¶ Pulsus tremēs frequens tremulus cum caliditate in corpo re toto extensa mordaci ¶ Et vrina turbi- da indigesta : quam precessit subtilis ⁊ alba valde multa ⁊ subito emissa que repletionē ⁊ crapulam significat. ¶ Et accendit ei per yodi ex innouatione fumorum q̄ diu euacu- atur repletio tota. ¶ Emendetur indigestio ⁊ rectificetur corruptio atq̄ crapula. ¶ Et plurimum illud est vsq̄ ad tres dies: Licet quandoq̄ extendatur vsq̄ ad septimum: vt quartum diem peryodicans quare additur ⁊ minuitur quaq̄ die pauco sudore propter cutis dempsitatem. ¶ Et tamen est effime ra non vera. ¶ Effimera enim vera febris ē diei :que nomen accepit vt retulit Ysaac. A pisce quodam: cuius vita diei

vnius existit: ⁊ hoc quia non habeat in corpore causam conseruantem quemadmodum habet non vera: sed ipsius essentia in qualitate caloris ⁊ in ipsius intensione sola consistat ex quo ad summum sue inflammationis peruenit paulatim deinceps deficiet ⁊ dimittet subiectum in proprium cum vapore sudorali ⁊ corpus in febricitatione seu in frigidatione deueniet quemadmodum lapis vel lignum cum calefactum est quousque tamdiu remanet calidum quamdiu per se infrigidetur: ⁊ paulatim quod ad tardius est infra diem in effimera cuius calor est accensus in spiritibus primum ab extrinseca causa que est facilis sicut alterabilis ⁊ leuitatis substantie existens facile ⁊ cito calorem suscipiunt ⁊ facile perdunt nisi aliud sit impediens: vt causa interior: sicut in non vera: vt error medicorum venerantium diem tertium in omni. ¶ Cura eius est tres res. Ablatio cause: alteratio febrilis discrasie ⁊ correctio accidentium. ¶ Prima est repletionis sanatio: indigestionis emendatio: ⁊ corruptionis rectificatio. Completur autem prima fame ⁊ euacuatione: vt in suis Ypocras retulit affforismis. Que autem est per se veniens aut non quia materia sit detenta aut virtute deficiente natura sit restricta. Alterum enim horum necessarium est in esse. Primo quidem modo euacuatio superfluens: siue spontanea: siue sintomatica: siue superius per vomitum siue inferius per secessum. Aut est vtilis quia indigesta ⁊ corrupta tantum mutatur donec perfecte euacuentur replentia indigesta ⁊ corrupta ⁊ interim abstineat si tolleret: si non ciba illum cum hiis que facile digeruntur ⁊ parum eorum multum nutrit absque stipticatione declinante quolibet paroxismo. ¶ In declinatione vero vltimi paroxismi prebalneabis: vt resoluantur fumosa que ad venas ⁊ membra transierunt ⁊ cibabis vlterius cum predictis stipticitatem habentibus que stomachum roborent. Cui quoque ministrabis confortantia interius ⁊ exterius secundum communem modum prout supra in cura debilitatis eius est dictum: ⁊ sic facies eum dormire. Si vero sit efficiens fomentur donec compleatur cum vomitiuis vel secessiuis ⁊ suppositoriis ⁊ clisteribus notis prout euacuationis regioni conuenit precepte. ¶ Et abstineat quantum possibile est cum non fiat vt est predictum. ¶ Si vero superfluat quia non solum indigesta ⁊ corrupta sed etiam vtilia emittantur vt molestie feratur nec conferat: sed deferat retineatur cum hiis que dicta sunt supra in cura fluxus lienterici lubricantis ⁊ diarie vel alterius quam vtilia emissa specificant ⁊ ostendant: ⁊ confortetur cum cibis predictis stipticis.

¶ Et siquidem abscindatur vel deficiat appetitus quod est plurimum vel necessarium tum quia stomacus est principaliter passus tum quia influxit ⁊ recepit plurimum stomacus superfluitates que euacuantur vt dicit Galienus. Stomacus continuatur omnibus membris mediante epate ⁊ recipit superfluitates omnium membrorum mediante ipso ⁊ etiam quia virtus ex fluxu cepit deficere absolute quare confortetur ⁊ erigatur cum hiis que supra in destructione appetitus sunt dicta ⁊ propter eum chronio siccato cum ⁊ hiis que ex eis conficiuntur: ⁊ cum emplastris ex hiis que confortant frigida ⁊ absque caliditate multa aperiunt opilationes inter ipsum epar ⁊ cerebrum si que sunt que dicta supra notata. ¶ Secundo vero modo quia non sit superfluus per se veniens sed restricta natura tunc procul dubio necesse habes soluere eam ⁊ educere: quod si adhuc cibus potus est in stomaco indigestus ⁊ corruptus prouocabis vomitum donec perfecte euacuet: si possibile est. Deinde confortabis: balneabis ⁊ cibabis vt superius dictum est. ¶ Et si non sit possibilis vomitus vel sint nocitiua valde administrentur per os que ipsum inferius faciunt lubricare ex mucilaginosis lenientibus ⁊ lubricantibus ⁊ laxatiuis notis post que sequentur abstergentia et aqua ordei vel passularum cum melle vel zucharo rubeo propter febrem. Et iniungantur clisteria ⁊ collíria naturam comprehendentia vt illam transmittat inferius ⁊ propter si fuerit corruptus quod ex fumosa eructatione cognoscitur. ¶ Quod si non corruptus fuerit sed tantum indigestus administrabis tunc interius ⁊ exterius supra stomacum: que digestionem eius confortant ⁊ compleant absque stipticitate ⁊ caliditate multa: que supra in cura debilitatis digestionis sunt dicta: ⁊ iniungas abstinentiam donec digestio sit completa ⁊ superfluum consumatur. Deinde balneabis ⁊ cibabis vt dictum est.

¶ Si autem non sit in stomaco sed fuit ⁊ descendit in ventrem oportet vt solutione ventris educas aut cum hiis que ministrantur

inferius ex colliriis et clisteribus aut cum his
que superius sumuntur et deponunt, aut
nigrauit quod equidem facere scies si ven-
trem regionem ad quam subijt bene cogno
uis regionem et dispositiones eius super quam signi-
ficare et distinguere docuit G. per eructuati
onem mordicationes et grauedinem circa regionem ve
ntris perceptam. Si enim circa regionem stoma
chi sentitur grauedo et mordicatio in sublimi
parte ventris iuxta stomaci fundum: et supra
umbilicum percipiuntur adhuc eructuatio absque
hiis odorem et saporem cibi et potus scies cibum
in intestina subtilia descendisse et tunc si indi-
gestus sit vel corruptus ex qualitate eructu
ationis percipies: nam si acida sit illum indige
stum esse cognosces et tunc fouebis ypocundria
et vniuersum ventrem et ministrabis que digerunt
magis et abstergunt vt est periperon simplex s
diatrion salis leuius propter febrem postquam
videri der. Si vero fumosa et fetida aut ova
corrupta scies illum esse corruptum: et tunc que de
ponunt ipsum et lubricando et abstergendo sub
ducunt superius ministrabis qualia sunt que
hic supra sunt dicta. ¶ Si sub vmbilico gra
uedo et mordicatio sentiatur et fortis rugitus
et eructuatio nulla sed que non afferat cibus s
potus odorem neque saporem cognosces cibum
ad colon et grossa intestina subijsse et tunc eo
operari oportet vel per colliria vel per clistere
ria inicia vt expellatur. ¶ Secundam rem
complent quecunque ex cibis et potibus et
medicinis interius sumptis et exterius appli
catis et supra principalia et supra cor magis
infrigidant et humectant que ex dictis in aliis
nota sunt supra. ¶ Tertiam rem complent
quecunque accidentia interuenientia sedant.
Et siquidem extiterit mordicatio grauedo
et ventositas modica ex mellis rosarum aqua et
del decoctione anisi olei simplicis composi-
tum clistere impones: ¶ Si vero mordica-
tio fortior in eo fuerit in eo liquefacies adi-
pes anseris galli vel capre: Non inuentis
autem his cere parum immitte et olei rosati
Sint autem loca. Si vero ventositas fue
rit vehementior loco ros. ruto: ceum vel na
dinum ministrabis et semina destruentia ve
eam cum modico musci: ⁊ vtatur ea in lachrymis oculorum: ⁊ humiditatibus descendentibus ad oculum: ⁊ in venis rubeis que sunt super terte in coniunctura que nominatur sebel: et in fluxu palpebrarum: Et sunt qui conficiūt eam cum aqua feniculi ad aquam descendētem ad oculum aut cum aqua sumach: ⁊ ille qui vult ꝙ sit virtutis abstergentis ⁊ rodentis oportet ꝙ conficiat eam cum aqua acori: et similium.

Alius assationis modus.

Assatio vero ei⁹ est ꝙ accipias cli: et teras bene aut accipias de lauata et conficias cum aqua et fac trociscos: ⁊ pone super testam nouam: ⁊ ponas super prunas ⁊ volue trociscos cum assiduatione: donec siccentur: ⁊ fiant rubei tunc repone necessitati.

Combustio eius.

Sed modus combustionis eius est ꝙ accipias de thucia lota sicut dixi supra: ⁊ confice eam cum melle bono: ita vt fiat ad modum paste et pone i olla terrea que habet orificium strictum et coperi cū copertorio conuenienti orificio eius: ⁊ oppilla liniendo cum argilla: ⁊ fac foramen in medio copertorij: ⁊ pone in fornace calcis: ⁊ dimitte donec vratur: et quando erit adusta cuius signum est ꝙ nō egreditur a foramine fumus: aufer ab igne: et extingue eam calidaꝫ in rob: ⁊ sicca ⁊ repone.

Modus combustionis marchasite ⁊ ablutionis eius et electionis eius que est bona: ⁊ que non.

Marchasite due sūt species aurea videlicet ⁊ argentea ⁊ illa que grauior est ex ea est melior. ⁊ modus adustionis eius est ꝙ accipias eam ⁊ teres eam melle et pone super prunas non multas ⁊ sufles cum assiduatione donec rubeat. deinde aufer ab igne. Sed ablutio eius est ꝙ accipias de ea que aurea est et tere ⁊ cribra ⁊ pone iterū in mortario et proiice super eaꝫ de aqua pluuiali et tere ⁊ sicca. Et iterum pone aquā aliam ⁊ facias hoc septem diebus cōtinuis. postea adde paruꝫ musci ⁊ tere ⁊ vtere ea ī oculo quia confert humiditati eius ⁊ cicatricib⁹ vlcerum et albedini eius.

Modus abluendi antimōniū ⁊ adurēdi.

Ablutio eius est sic ablutio marchasite et hathimid: ⁊ adustio eius est vt ponatur super prunas ⁊ suffletur cū folle donec inflammetur ⁊ auferatur: postq̄ inflammatum est statim ab igne quoniam si nimium dimitteretur in igne conuerteretur in virtutem plumbi

De modo faciendi ɣimar ex ere et abluendi ipsum ⁊ colligendi ex eo quod bonum est.

Operatio faciendi ɣimar sm ꝙ fit in partibus nostris: scilicet i hispania fit in hunc modum. Accipe vas fictile magnum: cuius orificium sit latius fundo eius ⁊ pone ipsum in domo plena stercorib⁹ ouium et sepeli ipsum in modum quem dixi in faciendo cerusam nisi ꝙ lamine in quibus fit ɣimar debent esse ex ere rubeo ⁊ latitudo cuiuscunq̄ lamine sit secunduꝫ mensuraꝫ dimidij palmi: ⁊ longitudo sit secundum duas partes palmi vnius ⁊ spissitudo sit sicut grossitudo dimidij digiti. Et non est curandum vtrum vua que apponitur in vase sit nigra: aut alba: aut si ponas acetum forte solum sine vuis: coperi ergo vas post constructioneꝫ laminarum: ⁊ stringe os eius ⁊ oppilla: et reuertere ad vas transactis .x. diebus: ⁊ aufer laminas ⁊ rade ɣimar de laminis paulatim: et reponas iterum eas in vase et dimitte diebus totidem: et iterū abrade. Et facito donec consūmentur lamine: ⁊ postq̄ consūpte fuerint pone alias laminas ⁊ fac vt fecisti prius donec habeas ɣimar quantum vis.

Modus alius.

Inquit Diascorides fit ɣimar i hūc modū. Pone acetum forte i aliquo vase fictili. ⁊ coperi vas cū copertorio facto ex ere curuo vel plano si nō inueneris curuū sine aliquo foramine ne vapor aceti exalet extra: ⁊ inquiras omni .x. die: ⁊ rade a copertorio ɣimar et collige et serua. Accipe laminas ereas: ⁊ pone idest suspende eas in vase vbi sit acetum forte: ⁊ sit suspensio earū ita vt nō tangat acetum ⁊ i quolibet .x. die requiras ⁊ rade quod inuentū ē in laminis ex ɣimar. Et dixit etiā ꝙ fit sm hūc modū: ⁊ ē vt accipias frustuꝫ eris fossi vel plura frusta et sepeli eā in vinatio vnde ē̄ acceditꝰ

sẽper quãdo aliquid oritur ex çimar sup frusta collige ꝛ serua. Et dixit enĩ ꝙ fit ex limatura eris. ꝛ ex laminis plũbi extensis subtilibus proiciendo desuper limaturã ꝛ laminas acetũ forte ter vel quater in die: ꝛ moue qualibet die semel. ꝛ facita donec vertatur ĩ colorem viridẽ. Et quidã aurifices faciũt çimar secũdũ modũ diuersũ ab istis: ꝛ est ꝙ terunt vrinã infantiũ ĩ mortario ex ere cabrusio. i. de cupro cũ pistello de eode. ꝛ agitant diu quousqꝫ color eius vertat ĩ viride colorẽ: ꝛ cum isto clarificãt aurũ. Et dixit Mias: modũ aliũ in çimar quẽ appellauit vermicularẽ vel vermiculosũ. Et fit vt accipias mortariũ: et pistellũ de cupro: ꝛ proiice in eo de aceto forti albo: ꝛ tere agitando cum pistello donec acetũ ingrosset. deinde adde acetum iterũ: ꝛ de alumĩe rotũdo ꝛ sal gemma clara lucida: ꝛ de sale multũ albo ꝛ de salnitro de quolibet. ãn. .3. ij. ꝛ tere agitando diutius in sole estiuo: quousqꝫ vertatur in colorẽ çimar. ꝛ ingrosset. deinde coque ipsũ. et ista spẽs çimar: est pulchri coloris et fortis operationis. Alij faciunt in hunc eũdẽ modũ addentes tantũ vini pti aceti duas vrine vetuste. ꝛ de medicinis predictis easdem portiones: Et sunt qui adulterant çimar cum ere adusto et gũmi arabico miscentes: ꝛ faciunt ĩ modũ supradicti vermiculosi.

Modus alius faciendi çimar.

Recipe partẽ salis: et partem farine ordei ꝛ tere vtrãqꝫ cũ aceto. ꝛ linias cum eo ollam terream a parte interiori: ꝛ dimitte diebus quousqꝫ inueniatur çimar sicut çimar nouum ꝛ rade: ꝛ repone.

Modus cõburendi çimar.

Recipe çimar et pone ĩ patella terrea sup ignẽ ꝛ misce quousqꝫ videas colorẽ eius mutari: ita ꝙ vertatur ad colorem thucie. ꝛ postea aufer ab igne. ꝛ sine tepescere et collige ꝛ serua ꝛ vtere: ꝛ habeas de çimar: quod generatur in mineris in insula cipri: quod apparet super aliquos lapides: ĩ quibus est es: ꝛ ẽ quod stillat a spelunca: ꝛ id quod ex eo apparet super lapides est parum: sed id quod inuenitur in mineris ẽ maioris qũtitatis et pulchrioris coloris: sꝫ nõ ẽ bonũ ꝓpter nimiam quantitatem que admiscet ei ex lapidibus. ꝛ sunt qui adulterant cum multis rebus sicut cum pumice ꝛ marmore pistatis: ꝛ sunt qui miscẽt cum calcãto ꝛ qui vult cognoscere illud quod est adulteratũ cum pumice: vel cum marmore madefaciat manum suam in aquã: ꝛ ponat super eũ: quia statim dissoluetur: et sunt qui masticant ex eo cũ dentib⁹: ꝛ sic percipiunt lapides: et discernitur id qđ est adulteratum cum vitriolo ponendo ipm in lamina ferrea super ignẽ. ꝛ si continet aliquid vitrioli quando erit cõbustum fiet rubeum: sed id quod non est adulteratum remãet in suo colore ꝛ sua figura. Et melior species eius in nostris partibus est quod est magis viride fortioris odoris adurens gustum ꝛ fortioris operationis.

Modus comburendi ꝛ albificandi auripigmentum et sublimandi ipsum: ꝛ cõburendi ꝛ vertendi citrinum in rubeum.

Pone auripigmentum in vase fictili: super carbones accensos et agita ipsum satis sine intermissione: et qñdo erit valde calidum: et color mutabitur aufera ab igne: et dimitte infrigidari: ꝛ tere ꝛ repõe: ꝛ virtus eius est quoniam ipsum putrefacit: ꝛ pungit punctione magna: et aufert carnẽ superfluam in vlceribus: ꝛ abradit pilos

Sublimatio arsenici.

Sume de arsenico citrino id quod ex eo est humidius ꝛ laminosũ: videlicet quod assimilatur laminis auri: ꝛ tere cum tantũdem salis quod comeditur: et pone inter duas patellas terreas vitreatas ꝛ luta eas cum terra vitrariorum. ꝛ pone super ignem ꝛ dimitte ipsum: donec dissoluat: et ascendat fumus eius ꝛ adhereat ad tectũ superioris patelle. deinde aufer ab igne. Et sine tepescere: et tunc aperi vas ꝛ rade quod inuenies adherens tecto superioris patelle ꝛ misce ipsũ cum eo quod remansit ĩ patella inferiori: ꝛ tere insimul: et pone iterum inter patellas vt primo fecisti: ꝛ pone super ignẽ ad sublimandũ: iterum ꝛ facias hoc tertio: ꝛ quarto et totiens ꝙ id quod ascendit fiat album sicut cerusa: quod quidẽ collige ꝛ serua necessitati.

Modus vertendi arsenicũ citrinũ ĩ rubeum.

Verũtamen qui vult facere ipsum de citrino rubeum oportet ꝙ frãgat eũ in frusta mediocria: et ponat in olla segregatum: et opilet os olle ꝛ ponat in furno panis ꝛ dimittat spatio quinqꝫ horarum: deĩde frangat et auferat quia tunc inueniet arsenicum rubeum pulchri coloris.

Mod⁹ albificãdi argẽtũ viuũ p sublimatiõez.

Accipe de argento viuo bono ⁊ puri
ficato a plumbo ⁊ omni alia fecde: ⁊
tere ipsum cū pondere eius de calcā
to bono ⁊ proiice super eū acetū ⁊ allida pi
stationem: quousq₃ argentum viuum totum
coaguletur ⁊ nihil de eo appareat in calcāto
Tunc ergo extrica ipsum medicū abbundā
tā te aceto: ⁊ pone inter duas patellas et luta
cum argilla ⁊ pone super ignem: ⁊ fac ignē
sub eo tanto spatio temporis quanto face-
res si velles coquere carnes. deinde aufer ab
igne: ⁊ dimitte infrigidari patellas ⁊ accipias
⁊ aperi eas: et tunc inuenies partem argēti
viui adherentem tegmini patelle superioris:
⁊ partem eius mortuam et partem eius viuā
tunc ergo collige totum adhibe simul terēs
fortiter vt prius ⁊ semper tota cum aceto: et
iterum pone inter patellas: ⁊ luta labia cum
argilla: et pone super ignem vt prius fecisti:
⁊ hoc totum fac septies vel amplius vel mi-
nus: quousq₃ fiat album quod collige ⁊ serua

Modus sublimandi medicinam acutā que
lingua arabica notatur adhebbardie.

Accipe arsenici citrini puluerizati cal
cis viue alkali zimar añ libram .i. s. ar-
genti viui libram .i. salis armoniaci:
quartam partem libre vnius terans oīa cum
aqua primo donec moriatur argentum viuū
deinde sicca et tere secundo. et pone ī alutel
ad sublimandum: ⁊ forma alutel est q̄ accipi
as ollam et patellam vnā terream: et facias
in patella foramen ad magnitudinem orificij
olle et construe orificium olle super foramen
quod fecisti in patella: et luta eam simul cū
argilla sapienter. deinde fac furnum paruū:
⁊ pone patellam super furnum et luta bene:
ab oībus partibus eius. deinde pone medicā
in olla et coperi ollam cum parasside vitrea-
ta: et luta orificium olle bene cum labijs pa-
rassidis vndiq₃: post hoc accende ignem sub
olla horis sex: quia medicina sublimabitur ⁊
ascendet supra patellam: ⁊ adherebit parassi
dem cum ergo infrigidatum fuerit aperi vasa:
⁊ abrade medicinam a parasside: ⁊ repone: et
vtere: illud autem quod remanserit in fundo
olle serua similiter: ⁊ vtere eo pro corrosiue:
etiam qui vult medicamen fortius eo oportz
q̄ radat id quod remansit in fundo olle cum
eo quod sublimatum est et terat totum simul
⁊ ponat iterum in alutel. ⁊ accendat ignē ꝺ
subtus donec sublimetur. est nāq₃ fortius sa-
tis quod sublimabitur: ⁊ qui ponet eū ad su
blimandum iterum ⁊ tertio erit melius.

Modus faciendi zengifur. ⁊ est cinapsium.

Accipe argenti viui et sulfuris citri
nian. Et quidam ponunt minus de
sulfure misce et pone totum in vase
vitreato ꝺ terra quod possit sustinere ignē
⁊ imple tertiam partem eius ex medicina et
duas partes eius relinque vacuas. deinde co
perias vas cum parasside vitreata claua sa-
pienter cum creta et pilo confectis simul:
deinde edifica sibi furnum quadratum ⁊ po-
ne vas in medio furni quadrati ita q̄ due p
tes vasis que sunt vacue supra medicinā sint
superantes extra furnum. ⁊ sit fundus vasis
distans a solo fornacis mensura quarū par-
tium palmi. deinde accende ignem subtꝰ. xij
horis. deinde permitte furnum frigescere: po
stea frange vas et inuenies zinzifur.

Modus faciendi calcem ⁊ abluendi eam
que est necessaria combustioni ignis ⁊ feri-
culis acutis ⁊ modus faciendi confectionem
medicine que fit ex ea ad depilandum pilos.

Fit calx in partibus nostris plurimū
ex lapidibus notis in mineris eorū:
Et sunt ex hominibus qui faciūt cā
ex petra marmoreis albis ⁊ fit ex corticibꝰ ouo
rum. ⁊ ex testis ostracheorum viuentium in ma
ri. Uerumtamen melior calx ad faciendā me
dicinam est illa que fit ex corticibus ouorum
Et post illam melior ē illa que fit ex marmo
re. Sed modus faciendi calcem ex corticibꝰ
ouorum est vt accipiatur de corticibus ouo-
rum quantitas: ⁊ in olla noua ponantur cor
tices ouorum et coperiatur olla. deinde ī for
nace figuli ponatur semper q̄ ibi vasa sunt
in fornace. postea detege ollam si apparet:
sicut calx bene. si non autem remitte in forna-
cem et tam diu sic fac q̄ fiant albi sicut calx
albissima. Et si furnus figuli non est ibi be-
ne paratus: accende sub eis ignem. Et sufla
cum folle donec fiant sicut dixi. Et per hunc
modum: oportet q̄ fiat ex marmore ex lapi-
dibus alijs: quoniam intentio nostra non ē
nisi vt incendantur et adurantur: donec fiat
calx. et fiat alba.

Modus abluendi calcem que est necessa
ria combustioni ignis.

Accipe de calce viua id quod est ō ea album et mundum et tere ꝛ cribra calcem albam et mundam. Et pone in parapside munda. ꝛ proiece super eam ō aqua dulci quantitatem vt ita ꝙ coperiatur ab aqua ꝛ dimitte per horam. postea misce. Et cum residentiam fecerit ad fundum vasis. Proiece aquam. Et fac ita septem vicibus vel decem postea proiece aquam desuper et repone: Et confert ad alcarin idest rubori et vesicio: ꝛ cō bustionibus ignis: dissoluta in aqua vel oleo. Aliter alcoxim. i. rubori cū vesicis i facie.

Modus faciendi medicinam depilantē capillos vna hora.

Accipe de calce lapidū vel marmoris vel ouorum vel ostracheorū partes duas. et de auripigmento citrino: partem vnam pone in mortario facto ex plūbo. ꝛ proiece desuper aquam vel aquam ordei et tere: donec fiat nigrum. ꝛ postea oportet ꝙ calefiat cum igne quando linit cum eo: in balneo quoniam ista medicina facit corpus leue ꝛ subtiliat pilos nascituros.

Modus psilotri noui.

Accipe calcis partes. octo. auripigmenti citrini partem vnam et tere: ꝛ cribra. et coque in vase cretō cum tā ta quantitate aque quā coperiatur: et coque quousqꝫ penna intromissa in medicina depiletur per se facile.

Modus comburendi salem.

Accipe de sale ꝛ tere: ꝛ pone in vase terreo ꝛ luta labia vasis cum copertorio simul cum argilla et sepeli vas inter prunas: ꝛ dimitte donec cōburatur. Et sunt qui ponunt salem in pasta. ꝛ sepeliunt sub prunis donec pasta fuerit combusta. Et sunt qui abluunt in aqua et dimittunt desiccari ꝛ postea ponunt in olla ꝛ coperiunt ꝛ accēdūt ignem sub ea ꝛ ponunt circum ollam prūas quia sal non cessat crepitare: donec fit combustus. Et quando quieuerit a crepitatione: erit combustus. sed ego terebam salem bene ꝛ ponebam in olla super ignem et exsufflabā donec erat combustus.

Forma combustionis calcanti ꝛ specierū eius que sunt atramentum et vitriolum.

Accipe calcantū ꝛ pone super testā nouam ꝛ pone testam super prunas et cetera. ꝛ sit quantitas adustionis: si fuerit calcantum non multe humiditatis quā do non apparebunt ampulle: ꝛ erit desiccatum desiccatione forti. Et si fuerit amplius humiditatis: oportet ꝙ dimittatur super prunas quousqꝫ mutetur color eius: et quando mutabitur color eius infra se. Et vertetur ad similitudinem nigre idest sinopidis: tūc oportet ꝙ auferas ab igne. Et purges. ꝛ sūt qui ponunt super orunas et exsufflant desuper: donec declinant ad citrinitatem: aut ponunt super testam: et ponunt sup prunas: ꝛ miscent donec mutatur color.

Modus adurendi alumen ꝛ cognoscendi bonum ex eo.

Species aluminis sunt multe. ꝛ melior earum est quod scinditur: ꝛ ē album et nouum scissum sine lapide Post id humidum et clarum: cuius partes sunt equales humide sine lapide: sed modus combustionis eius est sicut combustio calcāthi nisi ꝙ nō fit rubeū sicut illud.

Modus combustionis coralli.

Teratur corallus: et ponatur in olla terrea. ꝛ ponatur in furno p noctem: si bene cōburitur bene est: si nō iterum ponatur donec comburatur. Et sunt qui ponunt in crucibulo et exsufflant: et comburitur: sicut vis.

Combustio spume maris.

Pone eam in olla terrea et coperi: et luta cum argilla et pone in furno ꝗ usqꝫ aduratur. deinde accipe et repone. Et quidam ponunt super prunas et comburunt exsufflando. Sed ablutio eius est sicut ablutio climie.

Combustio nitri.

Teratur et ponatur in crucibulo super prunas fulminum. Et exsuffletur donec aduratur: quemadmodū dictum est de sale. Et si non aduritur.

bene iterum ponatur ꝛ exsufletur donec ad-
uratur quantum oportet.

Combustio sal nitri.

Sal nitrū comburit̄ sicut sal. s. vt pōa-
tur in testa super prunas. ꝛ exsuflet̄
dōec aduratur. Cōbustio boliarmeni ꝛ
lugibat ꝛ terre hispane ꝛ almogre ꝛ aliorum
lapidum.

Frange quodcūq; eoꝝ in frusta quā-
titatis faba: ꝛ super testā vel laminā
ferream pone. ꝛ misce sicut ē tibi vo-
luntas adurendi vel assandi.

Modus faciendi crocum ferri.

Accipe de limatura ferri quantū vis
ꝛ pone in lamina ferrea. postea sufla
cū folle donec calefiat lamina ꝛ lima-
tura: ꝛ pōe in mortario ferreo ita calidā: ꝛ te-
re bene: ꝛ iterū pone in laminā ꝛ exsufla fo. do-
nec calefiat ad ignē vt primo fecisti ꝛ tere. Et
facias decies vel amplius: quia quanto plus
feceris tanto melius. quādo ergo conuersū
fuerit in colorem croci si adheserit alicui rei:
color eius nō seperabitur ꝛ iuuamentū eius
est ꝙ qui depilauerit pilū superfluū vel ma-
le granatum in palpebra: ꝛ posuerit sup lo-
cum a quo euulsus est: ꝛ poner de limatura
ista sic preparata sepe prohibet ortum eius:
ꝛ sunt qui ponunt eam in vnguentis quādo
volunt exiccationem eorum fortem. Et sunt
qui vtuntur ea sola ꝛ qui proiciunt eam sup
vlcus humidū cuius sanatio est difficilis: et
exiccat eum potenter.

Modus purificandi limaturam ferri.

Aligat limaturam ferri puram cum
aqua ꝛ nō sit mixtio alicuius alteri-
us metalli. Nā si ibi esset mixtio ali-
cuius sicut eris vel plūbi aut vitri ꝛ daretur
in potu alicui occideret ponatur ergo de ea
quantū vis in vase mundo super quā proici-
atur parum aceti: ꝛ ponat̄ sub sextorio mū-
do: ꝛ iterū super sextorium ponatur cotū ali-
quod: ꝛ dimittatur. xxx. diebus. vel ad min⁹
vij. diebus ꝛ postmodū extrahe ꝛ inuenies co-
lorem eius sicut ginar. desicca tere ꝛ vtere: et
sunt qui abluunt eam cū aqua dulci: aut cū
aceto: ꝛ colant per pannū ꝛ dimittunt sb sex-
torio quousq; putrescat et postea abluunt: ꝛ

reponūt ꝛ virtus eius ē ꝙ iuuat illos quorū
color faciei est croceus: ꝛ fac̄ impinguari corp⁹

Modus assandi scoriam ferri.

Teratur tritura grossa. ꝛ ponatur in
aceto vel rob. postea extrahatur ab
eo ꝛ exiccet̄ ꝛ assetur super prunas.

Modus abluendi scoriam ferri.

Oportet ꝙ abluatur antequam assēt̄
ꝛ post etiam abluatur sicut diximus
i limia. et marchasita

Modus limature auri ꝛ argenti quibus vtimur i medicinis cordis sicut scribe.

Accipe de auro bono ꝛ puro frustū
ꝛ habeas corā te parassidē cū aq̄ mū-
da dulci ꝛ habeas pānū de lino aspe-
rum mundū cuius vnū caput teneas i ma-
nu. Alimd stet mixtū fūdo parassidis in aq̄
tūc frica aurū i pāno semp madefaciēdo pā-
nū cū aq̄: ꝛ limatura descendet i fūdo vasis
subtilis. fac ergo tā diu: ꝙ limet̄ de auro illo
quātū volueris. deīde dimitte p horā: ꝛ proīce
aquā cū facilitate ꝛ ablue ter. ꝛ sicca et serua
Eodē modo fac de argēto. Et sūt qui limāt
lima subtili. et sic vtuntur.

Tractatus secūdus de preparatiōe me-dicinarū que fiunt ex plantis.

Modus faciendi aloes.

Aloes ē succus cuiusdā herbeꝝ na-
scit̄ i sicute vel sicotra sm̄ ꝙ audiui-
mus. ꝛ modus operatiōis eius est ꝙ
terit̄ herba illa. ꝛ exprimit̄ succus eius. et co-
quit̄ succus donec ꝯgelet̄. ꝛ pōit̄ vtribus et
corio: ꝛ reponit̄ donec exiccet̄ ꝛ melior mane-
rierū eius ē quod cito frāgitur. ꝛ habet odo-
rē bonū. ꝛ color eius ē sicut color epatis.

Modus ablutionis aloes seu preparati-onis ad expellendam malitiam et acuitatē eius et conficiendi ipsum.

Accipe de aloe succutrino mūdo qđ ci-
to frāgit̄. ꝛ hēt colorē epat̄ ꝛ odor ei⁹
ē bonus pōdus. li. ꝛ tere bene ꝛ criba
deīde accipe cassie lignee: spice nardi asari
sq̄nāti carpobal. xilobal. cinamōi ligni aloes
croci masticis lacce aā. ʒ. ij. ꝯcīde ꝛ coque i
libris. vi. aque donec consūpta sit medietas
aq̄ cola ꝛ exprīe ꝛ repōe i vase vitreo et rora
aloes ex illa aqua donec ibibat totū ꝛ pone
super vas marmoreū. aut vitri ꝛ tere i sole bi

⁊ pone in parassidem mūda ⁊ coperi pāno grosso: ⁊ dimitte siccari ab illa aqua: et cum desiccatum fuerit radduc iterum ad trituraturam fortem imbibe iterum ex aqua ista ⁊ dimitte siccari sicut prius et iterato facies hoc: donec aq̄ penetret partes eius omnes ⁊ sit tota aqua consumpta vel expleta terendo imbibendo: ⁊ desiccando sicut dictum est: ⁊ cum vltimo desiccatum fuerit repone in vase vitreo mūdo et da ex eo solo sine ammixtione alteri⁹ medicine pondus aurei.i. ⁊ vtere eo in medicinis laxatiuis: ⁊ speciebus yere: ⁊ alijs medicis: in quibus aloes ingreditur.

Modus alius ablutionis.

Ex qui vult eo vti in egritudinib⁹ melanconicis in quibus eget euacuatione melancolie preparet sic. Recipe croci spice nardi cinamomi: xilobalsami: carpobalsami cassie lignee asari aā. ʒ. x. squinanti sticados arabici aā. ʒ. v. coque i libris. x. aque fontis super ignem leuem ⁊ paruū quousq̃ remaneat tertia pars et cola cū colatorio grosso et exprime. Deinde accipe de aloe citrino libras duas ⁊ tere et criba ⁊ imbibe ex aqua ista supra petram marmoream: et assidua trituram eius ⁊ infusionem ⁊ desiccationem secundū supradictam disciplinā donec biberit aquam illam totam. vltimo tere: ⁊ serua in vase stricti orificij ne virtutē amittat: ⁊ oppilla os vasis ⁊ qua iterest vt addas et minuas ex medicinis istis sm̄ oportunitatē egritudinis.

Forma adurendi aloes.

Oportet q̃ ponas aloes in olla mūda super prunas donec aduratur.

Modus acceptionis aq̄ cucumerū dulciū

Urgat colerā que est in stō ⁊ in intestinis ⁊ extinguit acumen eius dosis est a tertia lib. i. vsq̃ ad duas tertias li. cum. ʒ. x. zuchari.

Modus decoctionis yere pigre que ē necessaria vt reponatur ad horā necessitatis.

Recipe de sticados arabico pulegij: aā. ʒ. v. epithimi. ʒ. xx. anisi: feniculi: seminis apij aā. ʒ. iii. cinamomi. ʒ. x agarici. ʒ. v. aduna hec ⁊ tunde ⁊ infunde in li. x. aque calide: ⁊ dimitte in estiuo tempore in vase stricti orificij ⁊ coperi ⁊ dimitte. vij. diebus deinde extrahe in vase ⁊ cola cum expressione ⁊ iterum mitte in vase. ⁊ pone ibi de yera quam scripsimus pondus. xx. ʒ. ⁊ luta os vasis cum argilla ⁊ pilo ⁊ dimitte in sole. xv ij. diebus. ⁊ post repone vas ⁊ da ex eo in potu quantitatem lib. i. in egritudinibus melāconicis ⁊ in egritudinibus capitis omni die: postq̄ miscueris vas: ⁊ misce cum ea. ʒ. i. olei de keiria recentis et assidua hoc septem diebus continuis: quia est nobilissimū et proficiens multum: et ego nominaui operationem eius in libro medicinarum yere pigre.

Forma extrahendi lac scamonee.

Radix huius lacticinij de quo extrahitur scamonea ē grossa sic cor: mellibude idest viris nigre ⁊ color eius exterior est cinericius: ⁊ interius est alba grauis odoris plena humiditate. Et illi qui colligunt lac eius in fine mensis februarij: faciunt foueam circū radicem arboris: et scidūt ex venis eius quantitatem duorū digitorū. ⁊ ponant circa radicem eius iuxta locum incisionis duas ollas: aut tres ollas secundū q̃ de lacte eius egreditur ⁊ dimittunt. vsque mane: postea congelatur et est scamonea. et dixit Diascorides sūt qui fodiunt circa radicem circulariter: ⁊ sternunt circa radicem ei⁹ in fouea folia nucis postq̄ incise sunt vene eius: ⁊ sic recipiunt super ipsa folia humiditatem manantem ex radice. s. lac eius: ⁊ dimittunt siccari ⁊ seruant. Et melior scamonea est illa que est clara et leuis: ⁊ spongiosa et habet colorem sicut color glutinis coriorū boū. Uerūtamen apud nos est melior illa: que est celestis coloris: que apportat de antiochia. Et adulteratur scamonea cū sarcocolla et lacte titimalli. Et cognoscitur illa que ē bona nō adulterata q̄ nō pūgit vel modicat linguā forti mordicatiōe: q2 ī nō habet āmixtū lac titimalli. Et peior speciem eius est que affertur de candian. Et de palestina. et sūt iste due spēs graues ⁊ grosse substantie adulterate cū lacte titimalli ⁊ farina saligis. i. kersene.

Modus coquendi scamoneam et preparandi ad repulsionem eius malitie.

Dixit Mesue: ⁊ ex prudentia aliorum medicorum ille qui vult preparare scamoneam oportet q̃ accipiat de malis dulcibus ⁊ diuidat ea in duas ptes

et extendat illas medietates in fundo vnius olle. ¶ Et sunt qui terunt mala et extendũt ea in fundo olle quantitate grossitudinis vni us digiti. Et ponant scamoneam super frusta malorum vel super ipsam carnem malorum tritorum si mauis illud quod faciunt: et facies solum vnum ex scamonea et aliũ malorum. Et sic facies gradatim: quousq; olla sit semiplena. Deinde prepara iterum ollã aliam secundum eandem formam cum mal: et scamonea. Et ita tres: vel quattuor ollas. et plures secundum voluntatem tuam. Et pone ollam super ollam: et luta orificium olle cum fundo alterius cum pasta. et coperi superiorem ollam cum copertorio: Et oppilla bene cum pasta etiam et pone in medio furni calidi: Et dimitte nocte vna vsq; mane: et aperi furnum et ollas Et extrahe scamoneã Et si inueneris mala: que sunt sub scamõea: et circum sicca. Et combusta tunc vtendum ẽ ex ea aliter vero non. ¶ Et sunt ex medicis qui miscent cum aniso vel semine apij: Aut dauco ante Et conficiunt cum oleo amigdalarum dulcium: aut assant eam in malo mundato a granis: aut in citonio. Et vtuntur: et talis preparatio prohibet a potante eã nauseam et tortiones ventris et stomaci dolores et intestinorum.

¶ Forma extrahendi succum titimalli.

Titimalli multe species sunt. Et modus extrahendi lac ipsius est talis. Incidantur summitas eius in mense aprilis Et summitas eius incisa scinetur super vas aliquod mundum. Et exprimantur ramali singulariter donec lac eius egrediatur totum. Et fac hoc ex pluribus ramulis: et plantis donec habeas de lacte quantũ volueris: et desicca eum in sole ¶ Et vtere eo in purgando malliciam et flegma: et ad vomitum prouocandum. ¶ Et sunt qui conficiũt lac in farina siliginis: et faciunt pillulas ad magnitudinem ciceris et seruant. ¶ Et sunt qui faciunt lac ipsum distillare super ficus super vnamquãq; ficuum tres vel quattuor guttas et exiccant et seruant. ¶ Et qui vult prouocare secessum comedat ex eis tres ficus: et ducet multum. Veruntamen lac titimalli guttur exasperat et facit raucescere sumentẽ se. Et propter hoc qui vult eo vti oportet vt pillulas quas ante diximus inuoluat ĩ melle dispumato: Et sic vtatur.

¶ Modus extrahendi succum a tapsia.

Tapsia est planta que oritur in terra seu siguinesta que assimilatur plante balach in figura sua: Et lacticinium eius extrahitur in hunc modum: fodiatur terram circum radicem eius ita q radix detegatur a terra: et fit fouea rotunda circa radicem: Deinde scindatur cortex eius. Et cooperiatur fouea vsq; mane: quia colligetur super radicem lacticinium clarum mundũ: quod colliges sicca. Et seruat: et lacrimum id vocatur tapsia. ¶ Sed qui vult extrahere succũ radicis eius fodiat et extrahat radicem. Et pungat eam et terat et exprimat eam cũ panniculo et extrahat succum: et siccetur in sole in vase fictili grosso vitriato et seruet. Et sunt qui terunt folia cum radice simul. Et sic exprimunt succum: et iste succus est debilis virtutis. Et differentia eorum est q succus ex radice sola est pinguis spissus. Et succus foliorum et radicis simul est humidus: et succus radicis quando habet admixtum succum foliorum desiccat et facit exiccare propter vim vlceratiuam quam habet. Et oportet q ille qui extrahit lacrimum eius non extrahat eũ in die in quo sit ventus. Et caueat ab odore vaporis eius: et q non tangat eum in aliquo membro nudo. Nam ipsum inflaret tantum et fieret vesicarum aliquod ex membris eius esset detectum propter fumositatem eius: et linat cum hoc membra sua nuda: ex cereto liquido vel oleo rosato. Et virtus corticis radicis tapsie. et succi eius et lacrimi eius est laxatiua. Et narrauit mihi quidam fidelis q ex sarracenis sunt qui quando volunt cauterizare aliquam partem corporis. Aut incidere aliquod superfluum a membro aliquo ponunt super illud de planta ista. Nã ipsa vrit sicut ignis et facit operationem cauterii.

¶ Modus extrahendi succum cucumeris asinini.

Accipe de cucumeribus illis qui sũt bene maturi: et dimitte eos sic collectos vna nocte. Deinde accipe vas: Et pone super eum cribrum. Et pone super eum cultellum resupinatum ita q acies eius sit versus superiorem partem. ¶ Et opposita versus cribrum. Et diuide per medium cucumeris singulariter super cribrum. ¶ Et

exprime id quod est in eis de humiditate super cribrum donec descendat in vas suppositum. Et quod cadit de carnositate eorum super cribrum exprime donec descendat cum tota substantia eius per cribrum in vas. Deinde pone super id totum quod collectum fuerit ex eis aquam dulcem et quidam ponunt aquam marinam: et lavant et proiciunt aquam. et sunt qui iterum colant cum aqua prima que egressa est a cucumeribus substantiam que remansit super cribrum et miscent bene et cooperiunt cum panno et expectant donec grossicies ad fundum vasis descenderit et separatur subtilitas et aqueitas que est ibi a grosso. Et cum hoc feceris aufer aquositatem eius et proiice leviter extra. Et si remanet iterum aliquid super eum de subtili aquoso collige ipsum cum spongia vel coto: et pone grossum eius in vase lapideo: et tere quaque die continue donec inspissetur et sit aptum ad trociscos formandos et fac trociscos et sicca in umbra et si miscueris cum eo aliquantulum gummi arabici aut dragaganti erunt trocisci magis adherentes in partibus suis et substantia eorum erit sicut vitrum: et servabitur per amplius tempus.

Alius modus secundum Dya.

Dixit Dya. sunt aliqui qui cinerem cribratum super terram extendunt et faciunt in medio eius foveam et ponunt pannum triplicatum super cinerem: et proiciunt succum cum toto quod est cum eo ex aqua super pannum: quoniam cinis sugit quod est in eo de aquositate cito. et quando fuerit desiccata terunt grossitudinem secundum disciplinam quam narravi prius. Et quod ex electerio habet colorem sicut succus porri vel sicut gimar: et habet in se turbulentiam seu grossiciem et gravitatem est malum et non est laudabile: et melius ex eo est quod habet viriditatem paucam declinantem ad albedinem parum per et quod est sine colore ambo et est cum hoc levis ponderis: et actus: levis: et est calidum. Et qui appropinquabit ipsum igni inflammabitur et comburetur cito: et non est nimis vetustum decem annorum: usque ad septem et virtus eius est fortior et melior qui voluerit eo uti in vomitu et laxatione ventris. Et dosis eius completa est quarta pars. ʒ. unius et proprietas eius est attrahere humores flegmaticos: et melancolicos per vomitum et per ventrem et adulteratur cum ammixtione eius de succo cucumeris domestici aut cum amillo ut assimiletur electerio bono claro albo levi.

Modus extrahendi succum absinthii

Recipe absinthium quando est in fine sue teneritatis et bonitatis conterere cum manu ante ortum solis quia tunc succus eius exibit melius et facilius deinde stringe eum in torculo aut pone in panno grosso et forti et preme cum trabe lignea sicut faciunt artifices assora.i. cart hamum et expone succum soli donec erit prope desiccationem: et fac ex eo trociscos et serva. Et sunt qui ponunt succum eius super ignem et coquunt donec coaguletur et ponunt cum eo parum gummi arabici ut partes eius sint melius adherentes: et faciunt trociscos et servant. Et quidam adulterant cum cum amurca olei: et propter hoc non recipiatur nisi a fideli viro et mundus clarificatus purus ex eo est fortis odoris et fortis amaritudinis et virtus eius succi fortior est virtute absinthii. Et secundum hanc disciplinam extrahitur succus ex scerag.i. fumo terre: nisi quod aquositas eius est amplior aquositate absinthii quam oportet quod igcietur ad exsiccandum ipsum amplius in sole vel in decoctione super ignem.

Modus exprimendi succum ex gafid.i. eupatorio.

De mense Maii herba mollis recens que nascitur in hortis vel viridariis colligatur in mane: et quoniam agilitas eius est pauca semper: quanto magis eius que nascitur in montibus. Recipe ergo ex ramis suis tenerellis et cave a vento vel a sole et tere ipsam ante ortum solis: et exprime succum eius et coque cum gummi arabico paulo quousque coaguletur: et si poteris ex eo facere trociscos bene si non autem serva sicut est. Et sunt qui adulterant ipsum cum aliis succis quare oportet quod non accipiatur nisi a fideli viro. Et sunt qui exponunt succum soli et dimittunt donec siccatur ut possit facere trociscos et faciunt ex eo.

Modus extrahendi succum ex tribulis marinis.

Succus hasac idest tribuli marini exprimitur sicut ex gafid.

Forma colligendi euforbium: et eligendi ex eo quod bonum est.

Euforbium nascitur in terra que dicitur selgelmesa et fex: quod sic colligitur. Accipiuntur ventres pecudum et lavantur bene et ligantur ad crus arboris: deinde accipiunt homines lanceas et stantes a longe figunt acumen ferri in crus arboris quoniam inde effunditur gummi copiosum in ventrem ac si effunderetur ex vase aliquo. Et aliquando emanat ex eo super faciem terre: propter fortitudinem sui caloris. Et elegantius ex eo est id quod est clarum vitreum fortiter et est gravis saporis valde propter nimiam acuitatem eius

Modus faciendi opium.

Opium est lac papaveris nigri. Et dixit Mesua quod modus extractionis eius est secundum hanc formam: scilicet quod venias ad papavera que sunt complete maturitatis: postquam desiccata sunt a rore qui cecidit super ea in mane: et scindatur cutis eorum parum cum facilitate non profunde: ne transfigatur cutis eorum: sed superficies tantum inciditur quoniam lac ingrederetur intra concavitatem papaveris: et non posset postea colligi: deinde rade papaver circumquaque ex omni parte eius et incipe abrasionem tuam a summitate capitis papaveris et extrahe usque ad finem scissure: quam fecisti directe: et caveat rasor ne radat de cute eius cum lacte: et collige lac cum digito et pone in vasculo vitreo. deinde expecta per tempus aliquod et revertere iterum ad papavera prima quoniam invenies per scissuras quas abrasisti iterum lac egressum quod colliges ut dixi. Et hoc facies: quousque aliquid de lacte egreditur: et si vides aliquid egredi secunda vice: et tertia collige etiam: deinde adhibe simul totum quod collegisti et tere in loco mundo: donec coaguletur ut possis ex eo facere trociscos: Et fac et serva.

Forma extrahendi succum ex papaveribus ex quo fit opium.

Accipe capita papaverum et folia eorum: et tere bene et extrahe succum eorum cum strictorio aut aliter: et tere succum illum assidue in sole donec coaguletur totaliter quod possint inde fieri trocisci. Et fac et serva et virtus huius debilior est virtute opii et melior specierum opii est gravis et pinguis. et quando frangitur est in loco fracture lene: et clarum declinans rubedini: et quando funditur super eum liquor cito dissolvitur: et quando applicaverit ipsum candele incenderetur: et emittet flammam non obscuram: et odor eius quando extinctum fuerit remanebit secundum dispositionem suam primam non immutatus et adulteratur cum succo lactuce erratice: succus huius lactuce habet virtutem similem virtuti papaveris nigri: sed est debilior satis: verum in colore et odore multum assimilatur sibi. et sunt alii qui adulterant cum succo memithe et cum derga. Sed id quod est adulteratum cum succo memithe quando dissolvitur in aqua est odor eius sicut odor vel color croci: et id quod adulteratum est cum gummi arabico est clarum et pauce virtutis.

Modus colligendi lac celidonie et extrahendi succum eius.

Accipe huius herbe que est croci coloris valde et amari saporis in completa maturitate incidantur summitates ramorum eius: scilicet quando incipiunt apparere semina eius: et inclinentur rami super vas mundum ex vitro vel ex alio ita quod lacrimum eius cadat in vase quod exponatur soli donec exsiccetur: et fac trociscos et serva. Sed qui voluerit succum eius exprimere colligat herbam et terat: et exprimat succum eius et desiccetur aut decoquatur primo donec inspissetur: et postea ponatur in sole donec desiccetur. Dixit Mesua. tere hanc herbam et exprime succum eius: et misce cum melle mundo: et coque in vase ex ere puro: et in mundo vase reserva quoniam est magne virtutis in clarificando visum quando posueris ex isto medicamine in oculum. Et dixit principium ortus celidonie est quando hirundines incipiunt apparere: et quando desinunt apparere herba desiccatur et non apparet: et propter hoc appellatur herba hirundinum.

Forma extrahendi succum corticum radicis mandragore.

Accipe cortices radicis mandragore dum sunt tenere et recentes: et contunde fortiter et exprime sub aliquo re quoniam et collige succum et tere donec ingrossetur et serva necessitati. Et sunt qui coquunt radices in vino usque ad consumptionem tercie partis et colant et servant. Et sunt qui colligunt lacrimum eius facientes foramina in radice et colligunt quod emanat ex ea de humiditate Verum succus est fortior lacrimo: et lacrimum non reperitur ubique

Forma extrahendi succum ex sudaram idest iusquiamo.

Accipe fructum eius cum oleis: & extrahe succum & pone i sole: & utere eo suo anno & non amplius, quia cito corrumpit. Et sunt qui terunt semen eius siccum & proiiciunt super ipsum aquam: & exprimunt succum eius & iste est melior succo foliorum eius in sedando dolores. Et sunt qui terunt plantam eius & miscent cum farina frumenti & faciunt trociscos & servant.

Modus exprimendi succum ex memithe.

Inquit Diascorides memithe multam habet aquositatem & color aque ipsius est similis colori croci. oportet ergo quod teratur cum ramis suis dum est recens & tenera: & quod expressum fuerit ponatur in sole in vase coperto: & dimittatur donec ingrossetur & fiat sicut lutum: deinde fiant ex eo tiesquibus utere in alcohol & in unguentis super apostemata & in egritudinibus podagre calide & aliis. Sed ego accepi memithe & trivi & extraxi succum eius sicut Dya. dixit: & non exivit succus eius glauci coloris quemadmodum dixit: & feci trociscos eorum & declinavit color eorum viriditati donec declinaverunt nigredini: & quesivi a mercatoribus qui veniunt ab oriente: & dixerunt mihi quod accipiunt succum eius & terunt cum amilo et faciunt sief. & feci sicut dixerunt: & declinavit color eorum glaucedini sed non totaliter sicut illi qui apportantur de oriente: & dixerunt mihi alii quod conficiunt substantiam eius cum aqua fluminis & faciunt sief. & hi sunt illi qui deferuntur ad nos de oriente & cum hoc toto ignoro veritatem eorum.

Modus extrahendi succum prunorum silvestrium ex quo fit acacia.

Acharia fit in misalime: est succus prunorum silvestrium: & modus extractionis eius est quod colligas plantam hanc cum fructu eius: & pone super eam aquam paucam in vase & dimitte sic diebus aliquibus deinde coque super ignem illam collaturam quousque coaguletur: deinde proiice in vasis similibus coclois: & dimitte siccari: & succus huius fructus qui dicitur acacia quando fit ex fructu maturo perfecta maturationem: sua quia iam acquisivit dulcedinem est color eius nigrior & clarior: & non erit stipticus intestinis propter suam dulcedinem: sed quando fiet ex fructu non complete maturo erit color eius declinior rubedini magis: & stipticitas eius erit maior & elegantior omnibus aliis est acacia: que est talis sicut dixi mane: & talis magis est odorifera aliis.

Modus ablutionis eius.

Tere eam cum aqua dulci sepe & proiice aquam que supra nataverit: et fac hoc donec videas aquam claram fac ex ea trociscos & serva: Et sunt qui laudant eam cum aqua rosata quando volunt frigiditatem eius ampliorem & sedationem doloris magis. Modus vero assationis eius est quod ponatur super pannos & assetur quantum est necessarium.

Modus faciendi licium.

Sunt qui faciunt licium ex radice arboris que dicitur curtam: & species huius licii nominatur cohaculem: & est quoddam quod affertur ex aliemen. Et sunt qui faciunt licium in hunc modum: & est quod terant folia ex arbore sicut sunt: & exprimunt succum aut mollificant eam aut infundunt eam aliquot diebus in aqua: & coquunt & exprimunt & iterum ponunt super ignem aquam illam: & decoquunt donec ingrossatur sicut mel. Et sunt qui adulterant eum cum amurca olei: & miscent cum ea tempore quo ipsum coquunt aut cum succo absinthii: aut cum felle bovis & melius licium est quod facit spumam: & habet colorem similem sanguini: quoniam ante ipsum inflammatur in igne: & extinguitur in aqua & color eius exterior est niger: & interius declinat ad nigredinem: & etiam non habet in se pinguedinem: & habet stipticitatem cum amaritudine: & color eius est sicut color croci: & sicut color licii indici quod fit in hunc modum quem dixi. Etiam sunt qui faciunt ex amurca olei similitudinem licii accipiunt enim amurcam olei veterem que non habet terram nec arenam et decoquunt in vase eris donec ingrossetur & ponunt super dentes dolentes: nam facit dolorem quiescere: et qui decoxerit ipsum cum agresta quousque fiat sicut mel et ponit ex eo super dentes corrosos eradicat eos vel preparat ad faciliorem eradicationem.

Modus extrahendi succum ypoquistidos.

Accipe rosam caninam in fine mensis maii & tere & exprime succum eius: & coque donec ingrossetur: & dimitte siccari & sunt qui apponunt modicum gummi arabici: ut partes eius melius adhereant.

Modus extrahendi succum ex balaustia.

Dixit Dya. extrahunt quidam ex balaustia silvestri succum sicut ex rosa canina: & est stipticus & virtus eius est sicut virtus ypoquistidos.

Forma extrahendi succum galbani.

Recipe bauciam silvestrem seu cerum cum suis summitatibus: et incide eam in frusta longitudinis .iiij. digitorum: et hoc facies quando erit glauci coloris in fine mensis iulij: et pone in vase ereo: et proiice super ipsam herbam aquam qua cooperiatur et plus et bulli magno igne quousque dissolvantur rami et stipites eius deinde aufer ab igne et cola cum colatorio ex pilo idest ex setis: et proiice ligna deinde proiice super aquam istam colatam tantum quantum est medietas eius et de terbentina et est belgelebar et coque cum pauco igne donec consumatur aqua et remaneat gummi: et non oportet quod cooperias illud quando coquis ipsum et post hoc repone ipsum in marsupijs vel vitribus: et serva et utere. et si siccetur plus quam oportet quando decoquitur pone in eo parum olei de keruaa: aut parum sepianatis et signum eius hoc est quod accipias ex eo parum dum coquitur et pone super marmore et si nimis est durum pone de oleo: et si est satis molle nil addas. Et sunt qui adulterant ipsum cum rasina pini et farina fabarum. Et melior species eius est que habet odorem sue herbe.

Modus faciendi succum liquiritie.

Recipe radicem liquiritie quando est magis humida et plena succo scilicet in mense iulij: et contunde ipsam: et proiice super ipsam de aqua donec cooperiatur vel plus: et pone in vase super ignem et coque cum pauco igne donec mel eius .i. pinguedo eius egrediatur de ipsa et cola et proiice ligna et pone iterum aquam super ignem: et coque quousque coaguletur deinde expone soli donec desiccetur et utere.

Modus extrahendi succum uve acerbe.

Sunt qui exprimunt succum ex uvis acerbis in fine acredinis et alij faciunt ex participantibus aliquantulum dulcoris et maturitatis: sed prior est frigidior et stipticior: et secundus est minus stipticus et minus frigidus: et modus eius est quod accipias ex uvis immaturis et pista et exprime et pone in vase ex ere rubeo sup ignem et coque donec propinquet coagulationi deinde pone in vase extenso et expone soli donec exsiccetur et serva: et quidam ponunt ad siccandum in sole absque decoctione aliqua si adest sol calidus: et sunt qui miscent cum eo parum gummi arabici. Verum simplex est melior: et melior ex eo est crocei coloris quam declinat ad colorem facile frangibilis: et fortis stipticitatis et pungens linguam: et sunt qui coquunt ipsum cum melle aut cum vino et utuntur eo in tumoribus nervorum et cervicis et gutturis et tumoribus faucium palati adalaola.

Modus extrahendi succum centauree.

Recipe de centaurea dum est recens et tenera et tere eam bene antequam sol oriatur et si succus eius egrediatur bene: si non autem oportet quod ponas eam mundam in vase et proiice super ipsam aquam qua cooperiatur: deinde coque eam et exprime succum eius sicut exprimunt tinctores affor et crocus hortolanus vel sicut gentianam et pone succum super ignem et coque donec ingrossetur et serva: et qui vult quod partes eius adhereant magis ponat in eo parum gummi: verum simplex est melior serva ipsum et utere.

Modus faciendi succum ex berberis.

Recipe de berberis bene maturis et contere eos et misce cum aqua et frica manibus et cola: et pone aquam colatam super ignem: et bulli donec coaguletur et siccare: et serva.

Modus exprimendi succum solatri.

Recipe plantam solatri cum folijs et granis et tere et exprime succum et coque super ignem vel exsicca exponitum soli quousque coaguletur et siccetur et serva

Modus extrahendi succum baulig.

Oportet quod colligantur folia eius donec sunt humida et teneriora ante ortum folia sicut iam diximus: et exprimatur succus eorum: et coquatur super ignem: vel desiccetur in sole et sic servetur et iste est modus extrahendi succum plantaginis et lactuce et semperuiue: et portulace et rostri porcini et scariole et feniculi et apij et cussas idest volubilis et lapacij et ceterarum huiusmodi herbarum ex quibus possunt succi extrahi.

Modus preparandi squillam in omnibus modis preparationis eius et est cepa muris: et primo de modo assandi squillam.

Oportet quod eligantur squille que declinant ad albedinem in suo colore: et sunt mediocres inter magnitudinem et parvas et que oriuntur in terra grossa et sicca: et que sunt dure pauce humiditatis et que eam servant a corruptione. Et ca etiam a cepe quod est unum solum: scilicet quod est natum in terra ubi non sunt alie squille. Nam non debes accipere nisi squillas que habent circa se squillas: scilicet cepas multas quia illa que nascitur

sola est scelerata mortalis. Accipe ergo de his quas diximus: et excoria eas de corticib[us] suis exterioribus siccis ꝛ abscide ex inferiori parte foliorum eius id quod est desiccatū ꝛ abscinde radicem eius ꝛ purga eam bñ totam ꝛ inuolue eam in pasta facta ex farina ordei vel alterius: aut in maza facta ex argilla rubea dulci aut nigra: ꝛ sit inuolutio eius quo inuoluis eam grossitudinis vnius digiti ꝛ pone eam sic inuolutaꝫ i furno: aut i arđ o vbi sit parū feruens: ꝛ ibi dimitte tota vna nocte vel plus donec sit assata pasta ꝛ compleatur decoctio eius. ꝛ color eius fiat rubeus deinde aufer ab igne ꝛ sine infrigidari: ꝛ aufer pastam qua inuoluisti eam: ꝛ considera si videtur tibi bene assata ita. s. vt sit mollis tractabilis si ergo compleuit ignis opus suum in ea bene: sed si non coque iterum inuoluta pasta vel in argilla quousq[ue] sit equaliter per totum assata: nam nisi bene asseiur remanet in ea acuitas mala: que nocet stomacho ꝛ ventri valde ꝛ facit vomitū ꝛ nauseaꝫ.

Forma desiccandi squillam.

Accipe cepe crudam et aufer corticē exteriorem eius ꝛ scinde in duas partes per longitudinem cum cultello facto ex ligno pini: deinde sepera tunicas ab inuicem ꝛ configas eas in filo lineo: ꝛ imple filum ex frustis eius distanter: ita ꝙ frusta non tangant inuicem ꝛ suspende in vmbra i loco ventoso: ꝛ dimitte donec desiccentur a vento absq[ue] sole.

Forma castrandi squillam.

Accipe squillas anteq̄ incipiat germinare folia eius ꝛ stipes: ꝛ cauteriza eam cum veru ex ferro candēti: ꝛ vre bene in loco illo vbi stipes ꝛ folia oriunt vel oriri debebant: fac ergo id anteq̄ germinet stipes: nam quando ortus est stipes eius non est amplius ingenium in castrando eam nisi ꝙ incidatur totum id quod ortum est: et cauterizetur et vratur bene locus: vbi oriebatur ita ꝙ amplius non germinet ibi aliq̄d

Modus conficiendi acetum squilliticū.

Accipe cor squille cum tunicis suis mollioribus que sunt prope cor eius et incide in duob[us] vel tribus frustis cum cultello ligneo et non ferreo et imple fila de filo facta ex ipsis frustis deinde accipe parassidem terream et line interius eam totam pice: et erige lignum in medio scilicet parassidis eius ad modum columne: ꝛ liga plurima fila sūmitati columne seu lignibus et extende fila ipsa eque distanter trahēdo ipsa per labia parassidis: deinde per latera eius donec ipsa attenentur omnia pedi parassidis: ꝛ fiat sicut tentorium super parassidem ꝛ nunc iam percepisti ꝙ lignum debet esse tante longitudinis ꝙ supereminoat labio parasidis deinde pone in parasside de aceto bono forti quantitatem qua due parasidis partes impleantur post moduꝫ ordire circulariter filum in quo fixisti frusta cepe supra fila illa que stant sicut tentorium: tali modo frusta sint suspensa super faciem aceti: ita ꝙ non tangant acetum ꝛ coperi parassideꝫ cū copertorio habente culmen sicut vides esse necessarium ad opus tuum: vel cum parassi de alia coperi inferiori in latitudine et sit coopertorium linitum pice etiam interius deinde oppilla bene lutando orificia vasorum cum argilla et pone in sole quatuor diebus i mēse iulii vel augusti: cum ergo complebuntur dies oportet vt coles acetum in vase vitreo et reponatur necessitati. Et dixit Hebengisar: cuius expositio est filius macellarii ꝙ q̄dam ex philosophis gentilium scilicet incircumcisorum ponunt pro qualibet libra cepe libras. vi. aceti et iusserunt suspendi frusta longe ab aceto digitis. iiij. cum pondere. ℥. ij ex iniubis recentibus et tantumdem ex pulegio regali et suspendunt cum frustis cepe sicut ipsa suspensa sunt: et post. lx. dies colant acetum in vase mundo suffumigando prius ligno aloes. Et sunt ex medicis qui dicunt ꝙ in libras tres aceti ponatur libr. i. scille sed modus prior est apud me melior: ꝛ oportet ꝙ postq̄ steterit in sole in mense iulii aut augusti sicut dixi. vi. diebus ꝙ auferatur argilla qua lutate sunt parassides ꝛ apertis parassidibus proiiciantur cepe in acetum: ꝛ pro quibuslibet libris tribus aceti accipe apii balsamite scilicet sisimbrii ꝫ et pulegii recentia: de quolibet añ. ℥. i. herbe anisi feniculi amborum recentium añ. M. i. et his omnib[us] fac fasciculos ꝛ suspende super faciem aceti sicut suspendi squillas et expone soli duabus septimanis in estiuo tempore deinde aufer ista: et proiice et accipe spice nardi cinamomi anisi amigdolarum amararum añ. ℥. i. gariofilorum. ℥. s. et repone in parasside cū cepis

luta ⁊ dimitte septem diebus ⁊ post aufer argillam et aperi vasa et cola acetum in vase vitreo: nam tali modo preparato utebantur reges gentilium.

Operatio eius scd'm Diascoridem.

